CALLIMACHI CYRE-

næi Hymni (cum ſuis ſcholiis Græcis) & Epigrammata.

EIVSDEM POEMATIVM

De coma Berenices, à Catullo verſum.

NICODEMI FRISCHLINI

Balingenſis interpretationes duæ Hymnorum: vna, oratione ſoluta: altera, carmine.

Eiuſdē interpretatio Epigrāmatū, & Annotationes in Hymnos.

HENRICI STEPHANI PARTIM

Emendationes partim Annotationes in quoſdam Hymnorum locos. Eiuſdem duplex interpretatio Hymni primi, carmine vtraque: quarum vna, adſtrictæ, altera, liberæ & paraphraſticæ interpretationis exemplum eſſe poſſit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COMMISSIONE GOVERNATIVA PER LE BIBLIOTECHE ROMA

Excudebat Henricus Stephanus,

ANNO M. D. LXXVII.

68.2.D.11

ILLVSTRI ET GENEROSO DOMINO,

D. PHILIPPO LVDOVICO,

Comiti Hanouiensi & Rineccio, Domino in Minsenberga, &c. D. suo clementissimo,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

NICODEMVS FRISCHLINVS Balingensis, S.

QVAE DVAE res, Comes illustris & generose, in omni vita rectè ac sapienter instituēda plurimum possunt, has ambas vnà poetice cum voluptate quadā exhibet: optimarum artium & linguarum cognitio, & honesta ac laudabilis viuendi ratio: quarum altera mens hominis, altera volūtas instruitur atque perficitur. Nam & ea quæ in contemplatione rerum diuinarum & naturæ, ac perspicientia veri, consistunt, quæque ad societatem generis humani, & totam hanc vitæ consuetudinem bene beatéque degendam, pertinent, poetæ suauissimis numerorum & literarum monimentis prodiderunt: vt hac ingenii gloria soli cæteris scriptoribus anteferri possint ac debeant, quòd maximas atque vtilissimas res, admiranda quadam numerorum suauitate, tanquam condimento, conditas, hominum memoriæ commendare voluerint. Neque enim locus vllus à poetis prætermissus est, qui vel ad doctrinā, ingeniiq; humani cultū, vel ad mores ac disciplinā reipub. pertineret: vt illi mihi omnē sapientiā, prudentiā intelligentiámque suam ad hos duos scopos, tanquam ad Cynosuram & Helicen, contulisse videantur. Quæ quidem cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi. Etenim si oculos in vniuersam hanc mundi machinam ad remotissimas vsque terrarum oras circumferas, nihil tibi vspiam occurret quod illi versibus ac dulcissimis numeris nō celebrarint. Poetæ enim rerum occultarum causas, varias mutationum vices, admirandásque specierum metamorphoses, primi omnium literis mandarunt: poetæ ventorum ortus, fontiúmque & amnium ex terra in Oceanum fluxus ac refluxus iucundissimis figmentis proposuerunt: poetæ plantarum atque astrorum situs, ortus & occasus, qualitates & effectus, ingeniosè confictis fabulis, tanquam picturis & imaginibus quibusdam, delineārūt: poetæ terrarum limites, regionum distātias, gentium mores & origines, diuersorum animantium naturas, herbarum denique vires primi in lucem ex tenebris eruerunt, & suauissimorum versuum monimentis ad sempiternam posterorum memoriam transmiserunt. Quid multis? Poetæ eam ipsam facultatem qua feris & brutis animantibus præstant homines, vel soli excoluerunt, ita vt dispersos in syluis homines à ferino victu ad mansuetudinem & vitæ societatem primi reuocasse credantur. Videntur enim mihi (vt verè dicam quæ sentio) illi ipsi summi oratores, quos tantopere admiramur,

non modò linguæ venustioris culturam, & vocum nitorem verborúmque pondera, ac figurarum ornamenta: sed omnem etiam animorum motum, in quo maxima oratoris virtus cernitur, ex poetarũ libris perdidicisse. quod Homeri, Euripidis ac Terentii exemplo, & Quintiliani testimonio notius est quàm vt comptobari oporteat. Quibus sanè rebus intelligitur, poetarũ virtute non solùm omnia doctrinarum genera quodammodo inuenta, sed etiam exculta, & ad hominum vtilitatem augendam, literarum adiumento ab iisdem propagata esse. Quæ verò ad mores informandos, & vitæ actiones laudabiliter instituendas pertinent, ea sic à poetis exposita sunt, vt à nemine philosophorũ abundantius, perfectius, exornatius. Hi enim quid sit pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non, plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicunt. Nam discrimen honestorum & turpium, dilucidè ac perspicuè proponunt, non modò exemplis fictis & veris, sed etiam sapientissimis sententiis, quibus poetici libri referti sunt: ad quas, tanquã ad normas & regulas virtutum, omnes hominum actiones referri possunt ac debent. Tum verò ad pietatem & religionis cultum ciues suos, propositis & huius & æternæ vitæ præmiis cumulatissimis, inuitant: eosdémque ab impio deorum contemptu, propositis pœnarum, calamitatum, & æternorum cruciatuum comminationibus, deterrẽt. Quæ quidem omnia, Homeri, Hesiodi, Pindari, Euripidis, Virgilii, Horatii, Ouidii, aliorúmque vatum exemplis confirmare in procliui esset: nisi vnus hic quem tibi, generose Comes, offero, Callimachus ad fidem dictorum faciendam oppido atque impendio sufficeret. Nam vt nihil commemorem de fructu qui ad linguæ Græcæ & Oratoriæ scientiæ studiosos ex hoc autore vberrimus redit: nihil de iis quæ ad Cosmographiam illustrandam pertinẽt, (vt quæ de Arcadiæ fluuiis, de Cyrenæorum origine, de Cycladum & Deli situ, de Peloponnesi & vniuersæ Græciæ regionibus, vrbibus ac fluminibus exquisitissimè dicuntur) quid obsecro ad pietatem & religionis obseruantiam animos hominum magis accendere possit, quàm illa in altero hymno expressa sententia, qua propositis vitæ huius amplissimis præmiis, felici rerum successu, opulentia, adeóque copiæ cornu, omnes mortales ad cultum Apollinis sui inuitat?

Ῥεῖά κε (inquiens) βουλόμενον πλέθοι πλέον, οὐδέ κεν αἶψα
Δῦνιπι βρεφέων ὀθμηλάδης, ἥων Ἀπόλλων
Βοσκομένης ὀφθαλμὸν ὑπάγχυ· οὐδὲ ἀγάλακτι
Οἷες, οὐδ' ἄκυροι πᾶσαι δέκα κεν ἕπαρνοι.
Ἢ δέ κε μειωπίκος, δολιμαπίκος αἶψα γένοιτο. Quid verò contra improbos & profanos homines sæuius & atrocius dici ab ethnico potuisset, quàm sunt tertii hymni versus aliquot, diuino spiritu plenissimi, quibus bellum, pestem & famem omnibus Dei contemptoribus seuerissimè comminatur? quum inquit,

Σχέτλιοι, οἷς τόνη χαλεπὴν ἐμμάξεαι ὀργήν.
Κήτεά φιν λοιμὸς καταβόσεται, ἔργα δὲ πάχνη.
Κείρονται δὲ γίροντες ἐφ' ἡάσιν· αἱ δὲ γυναῖκες
Ἢ βληταὶ ὠπίσσοισι λεχωΐδες, οὐ φυγοῦσαι
Τίκτουσιν· πλὴν οὐδὲν ὅπῃ σφυρὸν ὀρθὸν ἀείσῃ. Quid contrà venustius ac dulcius quàm quæ pœnis malorum ibidem præmia opponit sententia, quibus piorum facta excipi & affici docet?

Οἷς δέ κεν ἀμειδὴς τε καὶ ἴλαος αἰγιόπαται

Κείνοις δ' μὴ ἄρουρα φέρει καλὸν, δ' δὲ γυμὸν λὴ
Τετραπόδων, δ' δ' ὅλβος ἀπόλλυται. οὐδ' ὅπη σῆμα
Ἔρχηται, πλεῖω δ' ἢ πολυχρονίην τ φέρωσιν.
Οὐδ' δίκαιοι πρώτῃ γῆμος, ὅτε καὶ δ' ἄρ
Οἷσιν ἐπῶσι τέκεα πατὴρ δὲ θυρὸν
Εἰσάπαξ γαλόων τ μίαν πέλει δ' ἄφενα πάσιν. Hoc est,
O miseros queiscunque tuam tu impegeris iram.
Horum armenta lues perimit, grandóque labores:
Orbantúrque senes, matrésque necantur in ipſis
Sæpe puerperiis, aut enituntur in ægro
Exilio, vt nihil his insistat poplite firmo.
At quibus arrides felix & fronte serena,
Fertilis his seges est, iumentorúmque beata
Fœtura, & pleno promanans copia cornu.
Antè nec occumbunt senior quàm venerit ætas.
Nec lis orta domum lædit, quæ sæpe penates
Dissuit vnanimes, sed mensam suauis ad vnam
Fratria concordi cum glore sedilia ponit. Neque sententiis solùm & præceptis, sed etiam exemplis pœnarum populares suos ab impietate dehortatur: ostendens, scelerate facta plerunque tragicos comitari euentus. Nam & Nioben cum omnibus liberis causa impietatis perditam, & OEneum Calydonium regem vnà cum ciuibus suis, quòd aram Dianæ spreuisset, malè mulctatum: & Erysichthonem horribili inedia confectum dicit, quòd Cereris lucum violasset & aras euertisset: impietatem & diuini cultus negligentiam, præcipuam famis & penuriæ causam inuens. Quinetiam statos sacrorum dies, ad quicquam rusticorum operum agendum feriatos, & soli diuino cultui destinatos esse præcipit: nec impunè violari, his versibus declarat:

Μὴ τεὸν τιμοῦσι ἐμαὶ βόες εἵνεκα μισθοῦ
Τετράγυον τέμνοιεν, ὑπ' ἀλλοτρίῳ ἀρότρῳ.
Ἦ γὰρ κεν γναί τι καὶ αὐχένα κεκμηκυῖαι
Κέρσον ἐπ' ἀρόσιμα· καὶ εἰ Στυμφαλίδες εἶεν,
Εἰσαπιζόμεναι, κριαλικὲς· αἳ μίγ' ἄρισται
Τέμνειν ὦλκα βαθεῖαν. Hoc est,
Ne tum culta boues mereantur præmia nostræ,
Iugera findendo, peregrino subditæ aratro.
Fracta labore aliâs agresti languida colla
In stabulum referent: quanuis Stymphalides essent,
Nonum annum natæ, longos quæ ducere sulcos
Præ reliquis possunt.

Sed & magistratum diuina prouidentia, rerum gubernaculis admoueri, siue is piè & iustè, seu impiè & iniustè rempub. administret: non eruditè solùm, verùm etiam religiosè docet: eidémque morem gerendum esse apertè admonet. Quod enim D. Paulus scriptum reliquit, Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: id Callimachus elegantissimis versiculis dixit,

Ὅς μάχεται μακάρεσσιν, ἐμῷ βασιλῆϊ μάχεται·
Ὅστις ἐμῷ βασιλῆϊ, καὶ Ἀπόλλωνι μάχεται. Hoc est,
Qui malè cælicolis obstat, is regibus obstat:

Quíque meo regi,is Phœbo temerarius obſtat. Vagas quoque libidines horribiliter à Deo puniri, exemplis Tityi, Oti & Orionis,oſtendit: quos fulminibus ad Tartarum præcipitatos eſſe docet, quòd Latonæ & Dianæ vitium offerre non dubitauerint.Caſtitatem verò Dianę,Britomartis & Aſteries mirificè commendat: ſuiſque præmiis ornatam fuiſſe confirmat.Tum ſacrilega furta Brenni Celtarum regis,& Lygdamis Cimmeriorum ducis(quorum hic,Dianæ Epheſiæ, ille,Apollinis Delphici templum expilare & deſtruere conatus erat)atrocibus ſuppliciis punita fuiſſe commemorat. Quæ quidem omnia iucundiſsimis fabulis paſsim admixtis, ceu condimentis quibuſdam,ita exornat & mitigat, vt omne lectoris tædium effugiat. Quid enim magis ridiculum quàm illud de perſonato Mercurio, quem vultu carbonibus fœdato, filiabus dearum in cœlo timorem, matrúmque reuerentiam incutere fingit? quid riſu dignius,quàm quod de Herculis fame ibidem comminiſcitur? quid Cyclopum pictura elegãtius? quorum vultus,ora & membra tam luculenter depingit, vt nemo Apelles penicillo accuratius exprimere potuiſſet: operas quoque fabriles ita recitat, vt non legere, ſed malleorum ictus & incudum ſonitus audire videaris: quum inquit,

Εὖτ' οἶγε ῥαιστῆας ἀμοιβαδὶς ἐγκονέοντας
Ἥ χαλκὸν ζέοντα καμινόθεν ἠὲ σίδηρον
Ἀμβολαδὶς πιτνᾶσι μάγα μοχθήσαντες.

Quam Græci carminis maieſtatem quum vix interpreti aſſequi liceat, nos pro virium noſtrarum exiguitate,quoad fieri potuit,ita expreſsimus:

Quum ſimul incubuêre omnes,& brachia tollunt,
Candentéſque rotant maſſas,atque ictibus æra
In numerum feriunt,valido impete pertundentes.

Eſt enim (vt hoc quoque addamus)propria hæc poetarum laus, quòd grauiſsimas res mellitiſsimis numeris deſcripſerunt, & arduas obſcuráſque materias pulcherrimis fabulis,tanquam picturis,expoſuerunt. Nam quum philoſophiæ præcepta rigidiora,& humana ingenia ſuapte natura deprauatiora ſint, quàm vt ſimplici ac nudo orationis genere commoueantur: ſæpiúſque fabuloſis narrationibus plus quàm Stoica illa ſeueritate, ad virtutes extimulentur (quod Menenij Agrippæ exemplo Liuius declarat) omnem ſanè laudem poetæ promerentur, quòd confictis à ſe monſtris, vitiorum turpitudinem ac deformitatem exprimêre voluerunt: vt hac ratione & via animos hominum à flagitiis & ſceleribus deterrerẽt, & ad vitæ honeſtatem perducerent. Quid enim aliud eſſe Cyclopas dicemus quàm tyrannos? quid aliud Lapithas & Centauros,quàm ebrioſorum hominum violentam multitudinem? quid aliud gigantes cœlum armis territantes, quàm impiorum quorundã deos negantium ingluuiem? Quid multis? ex vno Homero, tanquam fonte & humanæ ſapientiæ Oceano,penè omnium non modò virtutum ac vitiorum viuas imagines,totiúſque adeò moralis doctrinæ præcepta & regulas promanare, ſed etiam reliquarum ſcientiarum ac diſciplinarum omnium, quibus humana ſapiẽtia abſoluitur,principia certiſsima prouenire,non modò Plutarchus iam olim, ſed etiam Politianus (qui auorum noſtrorum memoria vixit)apertè demonſtrarunt. vt nihil de aliis commemorem, qui aut naturæ arcana rerúmque cauſas,& animalium naturas, ac gemmarum vir-

tutes, versibus exposuerunt: vt Empedocles, Lucretius, Nicander & Orpheus: aut astrorum situs, & in rebus inferioribus varios effectus carmine prodiderūt, vt Aratus, Manilius, & passim Lucanus: aut descripserūt radio totum qui gentibus orbē, vt Dionysius. Non enim vnius duntaxat rei scientiam aut artem poetæ profitentur, sed omnium disciplinarum cognitionē sibi iure quodam vendicant: quum primi eas res quæ in contemplationem veniunt, literis mandarint, & soli propè in omnibus scientiis veritatem inquirentes, ad summum eruditionis fastigium conscenderint. Quo nomine poeticam nonnulli, primam philosophiam, nonnulli etiam solam sapientiam dixerunt: quemadmodum Strabo, diligentissimus Homericarum laudum scrutator, initio Cosmographiæ testatur. cuius verba, quòd instituto meo seruiunt, adscribere placuit. οἱ παλαιοὶ, inquit, φιλοσοφίαν πρὸ λόγου ποιούμενοι τὴν ποιητικὴν, εἰσάγουσιν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκ νέων, καὶ διδάσκουσιν ἤδη καὶ παῖδας, καὶ πρᾶξεις, μεθ' ἡδονῆς. εἰ δ' ἡμάρτοι καὶ μόνον ποιητὴν φάσαι τὸ σοφόν. Sed quid vel testimoniis, vel etiam exemplis hæc confirmare opus est? Vos appello qui omnes artes ac disciplinas in academiis & gymnasiis scholasticæ iuuentuti proponitis: ánnon poetarum sententiis ac versibus pronunciata vestra aut confirmare aut exornare studetis? ánnon suauissimè dicere, ac optimè docere is videtur, qui scientiæ quam profitetur monimenta, & cum primis philosophiæ rigorem dulcissimis poetarum numeris ac fabulis, tanquam emblematis, venustiorem reddit? Nam si Flacco creditur, *Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.* Intelligis (ni fallor) generose Comes, quantus se mihi ad dicendum campus aperiat, si omnia ea quæ poeticæ laudem aliquam conciliant, attingere, ne dicam oratione persequi, velim. quod ne fiat, præfationis legibus prohibeor. Vberius tamen de his maximis rebus lectorem admonere volui, vt quid à poetis potissimum expectandum, & ad quas vires pleraque omnia illorum dicta referenda sint, non ignoret. Quū enim hoc literarum genus hodie, non modò ab imperita multitudine, sed etiam à nonnullis qui primas in hominum cœtibus subsellia aucupantur, ita contemptim habeatur, vt tum ipsi à poetarum lectione abstineant, tum alios quoque ab eadem suo exemplo absterreant: magni interesse arbitror vt adolescentum animi à quorundam calumniis & maledictis præmuniantur. Etsi enim deplorāda est priscorum vatum cæcitas, quòd tam præposteros animorum studio, profanos ac commentitios Ioues, Apollines, Dianas, Cereres, & Mineruas colere ac celebrare maluerunt, quàm verum Israelis Deum: tamen propterea è scholis Christianis (vt multi censent) nō erunt exterminandi ac profligandi. Nam primò nos de mentium humanarum caligine, & ingenerata nobis sacræ veritatis ignorantia commonefaciunt: quæ certè mortales visus ita hebetat vt Deum agnoscere & verè inuocare non possint, sed noctuarum instar, solis radios declinantium, cæcutiant. Quæ labes quum omnibus hominibus per lapsum primorum parentum aspersa sit, iustam Deus causam habet non modò Callimachum & reliquos paganos reiiciendi, sed nos quoque omnes in vniuersum reprobādi. Quare in nos ipsos descendentes, Deo grati esse discamus, quòd reuelata nobis veritate, digniores nos iudicauerit, quibuscum lucem Verbi cœlestis, suámque voluntatem communicaret. Deinde verò, quum tantum in antiquis poetis ad religionis cultum promouendum amorem ac studium

fuisse intelligamus: meritò illorum exemplo ad pietatem excitemur, vt vires ingeniorum nostrorum non ad lasciuos amores, aut turpia quædam lenocinia, sed ad laudes Dei & saluatoris Christi, conuertamus. Quid enim fœdius est, quàm poetam, qui se Christianum profitetur, infideli & ethnico haberi segniorem? ne dicam deteriorem. Etenim videmus, poetas veteres, quibus excellens ad fundenda carmina ingenium fuit, venam suam præcipuè ad laudes deorum, quos tum communis superstitio colebat, admodũ religiosè contulisse. Nec enim ipsi modò summam Dei erga genus humanum bonitatem & clementiam grata mente prædicarunt, sed aliis quoque & suæ cumprimis iuuentuti precum & cantionum formulas præscripserũt. Vnde Horatius in epistolis,

Castis cum pueris ignara puella mariti
Disceret unde preces, vatem ni Musa dedisset? Fuêre tales plerique veterum Græcorum poetæ, vt Homerus, qui (vt Silius Italicus de ipso canit) *Carmine complexus terram, mare, sidera, manes, Et cantu Musas & Phœbum æquauit honore*: vt Orpheus, sacer, interprésque deorum: vt noster hic Callimachus: qui omnes hymnis suis deos deásque mirifica quadam carminis venustate & gratia factis, celebrandos sibi sumpserunt. Quo nomine sanctos appellasse poetas Ennius, & deorum filios Adimantus apud Platonẽ mihi dixisse videtur, quòd de rebus sanctis & cœlestibus, quasi diuino quodam spiritu afflati, cecinerint. Prima enim pietas Deo, altera parẽtibus, &, qui parentum loco habendi sunt, regibus ac principibus debetur. Vnde factum vt poetæ non solùm deos & penates versibus celebrarint, sed etiam magistratus & præstantes heroas suis ornarint præconiis. Fuit enim hæc poetarum non minima cura, vt principum, regum & virorum fortium heroica facinora, & res præclarè gestas posteritati commendarẽt: & virtutum exempla quæ posteri imitarentur, versibus laudata describerent: turpia verò & improba flagitia acerrimè insectarẽtur, & hominum oculis, tanquam in theatro spectanda proponerent: vt hinc vitiorum infamia, inde verò virtutum & rectè factorum gloria perspecta, alii vitam morésque suos ad honestas & cum virtute coniunctas actiones componerent. Qua re factũ est vt poetæ in maximorum regum & imperatorum familias asciti, & grauissimarum rerum deliberationibus adhibiti sint. Id quod cùm alii, tum Pausanias in Atticis testatur: Ante Euripidem (inquiens) cum Polycrate Samiorum tyranno vixit Anacreon, & ad Hieronẽ Syracusas AEschylus & Simonides se contulêre. Dionysio posteriori Philoxenus, Antigono Macedonũ regi Antagoras Rhodius & Aratus Solensis familiares fuêre. Nam Hesiodus & Homerus, regum familiaritates aut nacti non sunt, aut consultò spreuerunt: ille, quòd agrestem vitam amplexus ab erroribus abhorruerit: hic, quòd in vltimas terras peregrinatione susceptа, potentium hominum opes gloriæ, quam sibi apud omnes gentes maximam comparauit, posthabuerit: quum alioqui & Demodocum Alcinoo familiarem inducat, & Agamemnonem poetam nescio quem apud vxorem reliquisse commemoret. Hæc Pausanias. Nónne verò & Alexander ille qui à rerum gestarum magnitudine Magnus est cognominatus, Homero tantum honorem habuit, vt dormiens etiam capitis puluino supposuerit, & Iliadem atque Odysseam expeditionis suæ viaticum scitè admodum dixerit? Nónne Ennius ingenio maximus, ore rudis, superiori Africano tam gratus

tus fuit, vt mortuus Scipionum sepulcro inferretur? Nónne C. Marius nobilem poetam Archiam, rerum Cimbricarum conditorem: Lucullus verò L. Plotium belli Mithridatici scriptorem: Pompeius item Theophanem Mitylenæum rerum suarum præconem: at Augustus Cæsar Virgilium & Horatium incomparabilis ingenii viros, Domitianus pariter Iuuenalem & Statium, vates extra omnem eruditionis aleam positos: Bassianus quoque Antoninus Oppianum Cynegeticôn autorem: Numerianus item imperator, qui Caio patri in imperio successit, Nemesianum bucolici carminis venustissimum conditorem: Arcadius denique & Honorius Claudianũ grauissimum poetam: aliique alios summis & amplissimis honoribus prosequuti, ac singulari beneuolentia complexi sunt? Quo magis deploranda est temporum horum iniquitas, in quibus Musarum antistites ab iis etiam negliguntur, quorum laudes omnibus ingenii viribus ab interitu vindicare ac sempiternæ posterorum memoriæ tradere conantur. Nam hodie principum & regulorum quorundam aulæ à carminibus non minus abhorrent, quàm Iudæus à porco, aut Samius ille Pythagoras à fabarum esu. vt verè Ouidianum illud hac ten pestate vsurpare liceat, *Ipse licet uenias Musis comitatus Homere, Si nihil attuleris, ibis Homere foras.* Atque huius rei (ὅρα ἔστω τὸ μὴ δημόσιον ἐν σιδήροις κακόν) non tantùm Laulus equûm domitor, debellatórque ferarum, sed illi ipsi qui augustissimum poetæ nomen sibi arrogant, præcipua causa esse videntur. Quod enim Persius in Satyra de suis popularibus queritur,

—ecce inter pocula quærunt
Romulidæ saturi quid dia poemata narrent.
Hîc aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est,
Rancidulum quiddam balba de nare loquutus,
Phyllidas, Hypsipylas, uatum & plorabile siquid
Eliquat, & tenero supplantat uerba palato.
Assensêre uiri: nunc non cinis ille poetæ
Felix? non leuior cippus nunc imprimit ossa?
Laudant conuiuæ: nunc non è manibus illis,
Nunc non è tumulo fortunatáque fauilla
Nascentur uiolæ? Idem planè mihi de nostris quibusdã Phœbicolis non iniustè vsurpare videor, qui nescio quam popularem auram captantes, laudatissimã hanc ingenii facultatem apud imperitum vulgus prostituunt, quoslibet è mediis tonstrinis, Phormionũ ritu, carminibus suis vndiquaq; commendicatis impendio celebrantes. vt nihil referam quàm immaturos interdum fœtus enitantur, nimiúmque festinando, cæcos interdum pariant catulos.

Sed, ne longiùs à proposito digrediar, ad Callimachum meum redeo, qui & ipse ob ingenij excellentiam & carminis venustatem Philadelpho & Euergetæ AEgyptiorum regibus (Strabone teste) ita acceptus fuit, vt in intimam familiaritatem vtriusque receptus & regiæ bibliothecæ, quæ tum Alexandriæ erat, magister sit constitutus. Qua quidem occasione factum est vt multis ille à se doctissimis libris conditis, vetustissimorum temporum historiam, & sacrorum origines ingeniosè protulerit: quorum iacturam & interitum alicubi deplorat Cœlius Rhodiginus. Quum autem ex omnibus

operibus Callimachi nihil sit reliquũ, prẽter hymnos istos & pauca epigrãmata, sparsim apud alios extantia: non putaui committendum fore vt istę reliquiæ quamlibet exiguæ negligerentur. Quantus enim fructus ad lectorem Græcarum literarum & philosophiæ studiosum ex hoc autore redeat, tum ex suprà commemoratis est euidens, tum ex ipso artifice, quem opus suum commendabit, apertissimè intelligetur. Gratum igitur hunc meum laborem iuuentuti fore arbitror, quem iltis reliquiis exornandis, pro virili mea publicis inseruiturus commodis, impendi: tametsi & maledicos olfacio, qui propositum meum odiosè fugillent, & inuidos, qui malitiosè subsannent. Contra quorum morsus vt tua, generosissime Comes, ope & patrocinio, tanquam Aiacis clypeo, aut Palladis ægide, tutus sim, totum hoc quantulumcunque est Callimachi opus, Latinis versibus à me redditum & annotationibus explicatum, G. T. D. offero & commendo. Est enim G. T. D. artium & literarum humanarum studio ita exculta, vt non solùm de propositis in conuictu rebus, Latinè & eleganter disserere, sed etiam aliorum dicta solerter diiudicare possit. Quo fundamento præclarè iacto, nuper ad legum & iuris ciuilis studium feliciter aspirauit: in quo tantos fecit progressus, vt ad rerum gubernacula dexterius gerenda, non parum cõmodi & emolumenti hinc allatura esse videatur. Tum verò omnium quæ ad religionis cultum pertinent, tanto amore afficitur, vt optimo cuique bene de se sperandi latissimam fenestram aperuerit: quòd & legum literarúmque discendarum ardens in ea desiderium, & laudandus pietatis amor est. Etsi his rebus scio laudari principes & rerum dominos non solere. pium & eruditum hominem dici, hodie priuata laus est, nec multum habet commendationis in rege aut viro principe: generosum, fortem, iustum, seuerũ, locupletem, beneficum, largum, magnificũ: hæ sunt regiæ & splendidæ laudes. T. verò G. D. ne his quidem ipsis virtutibus orbata est: quæ quantum cæteros pietate & doctrina, tantum & comitate ac munifica liberalitate antecedit. Id enim vno ore omnes reipub. Tubingensis ciues mecum fatebuntur, tuáque in se maxima beneficia, cum omni posteritate, grata memoria perpetuò prosequentur. Sed quid mirum, te his maximis virtutibus excellere, quum ad generosam tuam indolem optimorum virorum laudabilis accedat institutio? quos quum illa summo amore & veneratione colat, fieri non potest quin pulcherrimæ virtutes inde proficiscantur. Habet enim G. T. D. duos vitæ morúmque magistros, tanquam Nestorem & Phœnicem, Ioannem Syluagium, Dominum à Coubeke, & Matthæum Delium Hamburgensem: quorum ille, & generis dignitate, & omnium virtutum ornamentis, tum optimarum linguarum, Latinæ, Gallicæ, Hispanæ, & præter vernaculam Belgicam, etiam nostratis Germanæ peritia plurimum excellit: tum verò multarum rerum longo vsu, & militari disciplina, compluribus iam annis exercitus & promptus est: hic autem, optimarum artium, philosophiæ, poetices, musicæ, linguarum & iuris ciuilis doctrina ita ornatus, vt nihil de eo tam magnificè dici possit quod virtus eius non superet. Siue enim linguam causis acuit, seu ciuica iura Respondere parat, seu condit amabile carmen: Prima feret hederæ victricis præmia. Plura de his dicere singularis vtriusque modestia prohibet: quorum virtutes vix ab vllo prædicabuntur, vt

in adulationis ſuſpicionem non veniat? Αἰνούμενοι πρὸ (vt Clytæmneſtra apud Euripidem ait) οἱ γαθοί, ἔστιν ἁπὰ μισθὸν τοὺς αἰνοῦντας, καὶ αἰνῶ ἄγαν. Proinde, quod reliquum eſt, tuo fauori & patrocinio, generoſe Comes, hanc qualemcunque lucubrationem commendo, te etiam atque etiam orans vt eodem animo Callimachum Latinè balbutientem complectare, quo AEgyptii reges nobiliſsimi Græcè dicentem iam olim complexi fuiſſe, literis produntur. DEVS Opt. Max. te patriæ ac ciuibus tuis incolumem ſeruet: vt te Comite, ac duce Chriſto, vera in agro Hanouienſi pietas & religio floreat, literarúmque ſtudia tuis quoque beneficiis augeſcant.

Tubingæ, Calend. Iulii. Anno M. D. LXXI.

¶¶. ih

EPIGRAMMATA CLARISSIMORVM virorum in Latinum Nicodemi Frischlini Callimachum.

IACOBI SCHEGKII. M. D.

Callimachum uates inter perdocta uetustas
Insignes prim nominis esse putat.
Huius scripta quidem perierunt plurima: quondam
Integra quae fuerant, nunc mutilata iacent.
Frischlino duplex labor hic fuit: unus, ut ipsum
Dispersum, longo tempore colligeret;
Alter, ut in linguam conuerteret ipse Latinam,
Et Graecos uersus uersibus exprimeret.
En, duo Callimachi certant nunc carmine, quorum
Hic sese Graecis uendidit, hic Latio.

I. POSTHII GERMERSHEMII. M. D.

Callimachus superas si forte rediret ad auras,
Cuius nurata est Graecia tota lyram,
Aspiceretque suos Frischlini carmine uersus
Translatos, tali solueret ora sono:
Multa mihi debet numerosi Musa Properti,
Multa sed huic debet nostra Thalia uiro.
Ille meos furtim numerosque sequutus & artem est:
Romano hic totum me facit ore loqui.

MARTINI CRVSII.

Ὡς ὁκ πυρκαϊῆς οἴκων μαλερᾶς πολυόλβων,
Ἧς πάντη κλονέων αὔιος φλόγα εἰλυφάζει,
Ἐκσωθέντ' ὀλίγα κειμήλια ἐς σὴν ἰκμήν·
Οὕτως ὁκ πολέων θησαυρῶν Καλλιμάχειο,
Τοὺς ἐς παιδαμάτωρ μακροῖο δίμασσε χρόνοιο,
Ἐκφθύσηι λύμῃ βεκχὺ λέλοιπεν ἀμφαγαπάσθω.
Οἷος γὰρ θ' ὅγ' αἰὴρ πέλει ἐντοιῶν φρενῶν πλήθει καὶ κάλλει, δηλοῖ μί' ὅλον δεκὸς εἶκον.
Ἦ μέγα πῆμα, χρόνου καῖσιν δαπάνδε μαίνεσθε.
Ἀλλὰ καὶ ὥς, ὁ τοῶν τὸ μικρὸν τῦτ', οὐχ ἰδιώτης.
Φρισχλίνῳ δὲ χάρις, ἅδε ἐρέπτα κοσμήσαντι.
Φρισχλῖνος Μούσης φίλος, ὁπλοτέρων κλέος ἀνδρῶν.

ERHARDI CELLII.

Si sua Callimachus nostrum dilatus in aeuum
Cerneret Ausonii carmina facta modis,
Ausonio mallet quam Graio uersibus hymnos

Et quæ compoſuit lemmata parua legi.
Tam bene, tam culte, tantoque nitore poeta
Friſchlinus calamo tranſtulit illa ſuo.
Qui me uera loqui uatem de uate negabit,
Battiadæ præſens intueatur opus.
Atque alios idem muretur, amétque, colátque,
Et quocunque poteſt nomine ferre, ferat.
Ipſe ego Friſchlini diuinà poemata miror,
Quæ canit alternis hîc & ubique modis.

LEONHARDI ENGELHART.

Verſus reddere uerſibus Latinis,
Graios, non decoru parum meretur:
At uerſu Latio metrum Pelaſgum
Apte perſpicueque reddidiſſe,
Hoc ingens opus eſt, labórque multus
Dignus laude, & honore dignus omni.
Quis te non gratur, poeta clare,
O Friſchline, animo potens & arte,
Miretur, colat euehátque laudes?
Hos qui Callimachi fidelis hymnos
Interpres facis admodum diſertos,
Et claros iuuenum grege, tenebris
Et caligine nuper muotos.
Sed quando Auſtriadum libros uidebo?
Laudes queis repetuntur à tot annis
Gentis Teutonicæ, ducúmque geſta?
Ecquando Venuſinus ille Flaccus,
Quando Perſius ille, Iuniúſque,
Ad phraſin Ciceronis explicati
In lucem uenient? quid illa differs?
Per Phœbum precor & nouem ſorores,
Hos ne fortè premas diu labores.

VV. VIRNII H.

Callimachus toto non eſſet in orbe Latinus,
Friſchlinus ſi non eſſet in orbe meus.
Nunc quia Callimachus uiuit Romanus & Hellen,
Friſchlini huic uitam contulit ingenium.

NICOLAI RVDINGERI, Piſouernatis.

Nobilis attigerat genus omne poematis olim
Battiades uario carmine Callimachus:
Et diuina ſui aut monumenta perire laboris

Senserat, aut longa nocte sitúque premi.
Frischlinus natis sortem miseratus & artem,
Ad Nicri leuiter non tulit illud aquas:
Dixit &, O nates diuturnas passe tenebras,
Me duce fas iterum sit tibi luce frui.
Nec mora, qui Graia prius omnia uoce sonabat,
Nunc etiam Latio scit bene more loqui:
Et cultu latum uariante perambulat orbem,
Esset ab Elysia cæu reuocatus humo.
Per natem, Frischline, decet sic uiuere natem.
Illius ingenio uiuis, & ille tuo.

GEORGII OSTERMARII CORONENSIS, Transsyluani.

Callimachus Græcis qui totum sparsus in orbem
Instar thesauri semper opimus erat,
Nunc etiam Latio conuersus carmine floret,
Ingenii specimen docte poeta tui.
Quem si sæpe leget studiis addicta iuuentus,
Hymnorum sacro flumine diues erit.

CAROLI CHRISTOPHORI Baieri, Spirensis.

Callimachus Latio loquitur sermone diserus:
Nónne uides similem docte Catulle tui?
Qui sacra Battiadæ sectatus carmina, laudas
Berenicæo uertice cæsariem.
Quisquis es hoc gaude tam claro munere uatis:
Nempe labor studiis proderit iste tuis.
Et uos Frischlinum iuuenes ornate poetam,
Lætáque sis tanto parua Balinga uiro.
Nam si magna suo gaudet Verona Catullo,
Cur non gauderes uate Balinga tuo?

LASCARIS EPIGRAMMA

de Callimachi carminibus, quæ ex multis pauca supersunt.

Ἔχια μασῶν ῥυθμίσατο στόμα πίλωρον
Γαίσυφος Ἡσιόδειος πρὶν ποτε Γυθαγόρης·
Δοῦσας Ἀλεξάνδρου δ' Ἴππιος ἁρπεδόνι νηῷ
Δηρὸν ἔλω μεγάλης μνημόσυνον παλάμης.
Καὶ σέο δ' οἷα λέοντος ὄνυξ, πόθι Καλλίμαχ' ἥρως
Λείψανον ἀθύμων λαμπρὸν ἔδειξε τόδε,
Ὡς γένυμον σοφίῃ πεπύκμενον. εἰσὶ δὲ πηχεῖ,
Ἀίσσοντι λιὼ, ἔνθεον ἁρμονίῃ.
Ὀκτάκις εἰ δ' ἑκατὸν σχεδὸν βίβλων ὤλεσεν αἰὼν
Ἀθυγαλίδος, βαιὸν Ζεὺς πόδ' ἔνθεσε μέλος
Ἀρχέτυπον πλείστων, θεῖον φάος ἠῶθι λύχνου,
Μορφῆς ὡς πλάσσῃς καιρέον βλέφαρον.
Μή ποτε δ' ἐξαρχοῦντος ἔοι ἀσπίδος ὑμοπόλοισι
Μολπῆς, χαλκοχάρων ξωνὸν ἔθηκε πόδα.

HENRICI STEPHANI EPIGRAMMATA

de Callimacho, & ad Callimachum, super his Nasonis versibus,

Battiades toto semper cantabitur orbe.
Quamuis ingenio non valet, arte valet.

I.

Non satis ingenio Nasone es iudice promptus,
Summo inter vates qui fuit ingenio.
Quid nobis de te est aut de Nasone putandum?
Iudicium deest huic, ingeniúmne tibi?

II.

Callimache, ingenio te Naso valere negauit,
Siuit & à sera id posteritate legi.
Carmina non equidem tua legerat omnia Naso,
Legerat hæc oculo vel properante nimis.

III.

Nasonis verax est si censura poetæ,
Haud tua Musa viget dotibus ingenii.
Naso nimis rigidus nobis an censor habendus?
Ingenium & vulgus quod vocat, esse negat?

IIII.

Naso tuæ ingenii non sat putat esse Camœnæ,
Et tanquam haud dubitans hoc canit ille palám.
Te Naso tunc est ex se metitus, opinor,
Nescius ingenii plus satis esse sibi.

V.

Naſonem, ingenio quum tè præſtare negaret,
Ex ſe metiri te voluiſſe puto.
Menſuram ingenium ſed quod ſuperauerat omnem,
Menſuræ quiſnam vellet habere loco?

VI.

Battiade, arte quidem te Naſo valere fatetur,
Ingenio ſed te Naſo valere negat.
Ah, quam Naſo tuæ laudem non inuidet arti,
Ingenio cur hanc inuidet ille tuo?
Anne, quod ingenii eſt, hoc arti adſcribere mauult?
Dátque arti laudem quam rapit ingenio?
Imò cuncta artis tanto ſplendore niteſcunt,
Ingenii lucem ſplendor vt ille tegat.

ΚΑΛΛΙΜ.

IN CALLIMACHI HYMNOS

ANNOTATIONES

Nicodemi Frischlini.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE

IN HYMNVM PRIMVM, qui est in IOVEM.

Ver. 1. Ζεὺς ἔοι πάντα ἄλλα] Sumpta occasione à sacris, quæ festo die in honorem Iouis peragebantur, ἆθλα ipsius hoc primo hymno prosequitur: à patria, parentibus, educatione admiranda, rebus gestis, & virtutibus, quibus regnum cœleste adeptus sit: à rerum denique humanarum, & præcipuè regnorum, cura & administratione, Iouem seriò ac religiosè commendans. Quem quidem hymnum cæteris meritò præposuit. nam, A Ioue principium, quoniã Iouis omnia plena. Etsi autem multa in hoc & aliis hymnis continentur quę profana & impia in Deum superstitione non carent: (de quo tam friuola & diuina maiestate indigna proponuntur commenta) sunt tamẽ in iisdem non pauca quæ nos de maximis rebus vtiliter commonefacere possunt. de quibus suo loco.

V. 3. Πλαζομένων γ' ἀλαπάξαι] Gigantes à Latinis etiã Terrigenæ & Terræ proles dicuntur, propter incertam & ignobilem generis originem. Orpheus in Hymnis,

Οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἀμαχάρεσσιν,
Οὐδέπω γῆς ἐφύοντο, καὶ αἵματος ἐσσαμένοισι. Quibus verbis ad etymologiã nominis alludit. De pugna verò Gigantum lege Hesiodum in Theogonia, Ouidium lib. 1. Metam. & Fastorum lib. 5. Item Claudianum in Gigãtomachia. Eiusdem meminit Virgil. in 6. Horat. lib. 3. Carm. ode 4. Homerus in Batrachomyomachia. Quanuis autem ea quæ de Gigãtibus cœlo arma inferre ausis poetæ fabulantur, etiam Cicerone teste, dicantur & credantur stultissimè, & plena sint futilitatis, summæque leuitatis: nihilominus tamen, si dextrè ac sobriè intelligantur, paulóque altius expendantur, aliquam veritatem earum rerum quas diabolus huiusmodi figmentorum nebulis tegere & obscurare voluit, sub ista fabula latere, apertè constabit. Quis enim è sacris literis non didicit, primos humani generis propagatores, πλαζομένους, hoc est, è limo terræ formatos, posteaquam Satanæ fraudibus & technis eluси fuissent, Dei mandato neglecto & spreto, honores diuinos affectasse, sed è paradiso miserrimè eiectos & expulsos esse? Quis nescit posteros Noë excelsissimam turrim, quasi coaceruatis montibus erigere conatos, cuius culmen, summum cœli verticẽ attingeret? sed ab opere ineepto diuina vi prohibitos fuisse? Quis ignorat, ipsum Satanam, cum omni cœtu cacodæmonum, in Tartarum abiectum esse? Quid denique Gigantes aliud (Macrobio teste) fuisse credẽdum est, quàm impiam quandam gentem, deos negantem, & ideò existimatã Deum pellere de cœlesti sede voluisse? Berosus lib. 1. Antiquit. Babyloneos Gigantes vocat, qui temporibus Noe, diluuio absorpti sunt.

V. 3. -δικαιότατον] Dionysius Antiquit. Rom. lib. 5, Optimus rex habeba-

tur qui esset iustissimus & legum seruantissimus, nusquam discedens ab institutis patriis. id quod ex Homero liquet, appellante reges δικαπόλους, siue θεμιστοπόλους, hoc est iuris redditores, siue iuridicos.

V. 4. Δικταῖον ἀείσομαι, πὶ Λυκαίοις;] De Iouis patria diu ac lõgum inter mortales certamẽ fuit semper, aliis atq; aliis populis cum ciuem & alumnum sibi vẽdicantibus. Præ omnibus autem reliquis præcipuè inter se digladiabantur Arcades & Cretenses: quorũ hi, vt mendaciũ mendacio cumularent, non solùm apud se natum Iouem, sed etiam sepultum esse gloriabantur. Quorum vanitatem falsè iidet Callimachus. Appellatus est autem Iuppiter Dictæus, à Dicte seu Dicto, monte Cretensi, in quo enutritus esse dicitur. (vide Strab. lib. 10. Geographiæ) Lycæus verò, à monte Arcadiæ Lycæo, in quo natus est, templúmque habuit: de quo idem Strabo, in fine 8. Geogr. At Lycæus à Lycaone Pelasgi filio dictus est, teste Pausania.

V. 5. -ἐπὶ γῆρος ἀμφήριστον.] Omnes (inquit Pausanias in Messeniacis) qui Iouem apud se natum & educatum contendunt, enumerare difficile fuerit. Et Eusebius Cæsarienſis lib. 3. Euangelicæ præpar. scribit nationes fermè omnes deum sibi Iouem constituisse, diuersis nominibus appellatum: eundémque apud se natum dixisse. Plura pete ex tertio libro Ciceronis De natura deorum.

V. 6. Ζῆν, πὶ μὴ Ἴδαιον] Ide mons Cretæ, tantæ altitudinis (vt refert Solinus) vt ante solis ortum, solem videat: quod Diod. Siculus lib. 17, Idæ Phrygiæ adscribit: quæ à Cretensi nomen accepit, vt Virgil. 3. AEneid. autor est.

V. 8. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται] Notat Cretensium vanitatem: de quibus prouerbium natum est, ὡσεὶ Κρῆτα κρητίζειν. Hoc hemistichion D. Paulus ex Epimenide repetit, epist. ad Tit. cap. 3.

Ibidem. -καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σοῦ] De Iouis in Creta sepulcro lege Diodorum Siculum lib. 4, Ciceronem lib. 3. De nat. deorum: Solinũ in Polyhist. cap. 16. Melã, lib. 2. cap. 7. Lactantium de falsa religione, lib. 1. cap. 11. Lucianum item in sacrificiis, & Politianum in Miscell. cap. 35.

V. 9. -οὐ νῦ οἱ θάνες.] Vanitatem Cretensium de Iouis sepulcro nugantium à proprietate diuini numinis redarguit, quæ est, Deum esse æternũ, immortalem & incorruptibilem. Dij enim (vt Plutarchus περὶ δεισιδαιμονίας inquit) αἴωσι καὶ ἀγήρεῳ, πόνων τε ἄπειροι, βαρυδρίαν πρᾶμὸν πφυγόντες Ἀχέροντος. Οὐ γὰρ ἔστι ἴδους, οὐ πίνους· ἄῤῥοπα εἶναι· Οὔτε γὰρ αἱ αἷμαις εἰσὶ, τῷ ἀθάνατοι καλέονται, vt Homerus dixit.

V. 10. Ἐν δίῃ Παῤῥασίῃ] Dissentientes Arcadum & Cretensium de patria Iouis opiniones ita componit Callimachus, vt Iouem in Arcadia quidem natum, sed in Creta educatum à Corybantibus prodat. Cuius sententiæ Pausan. in Arcad. Strabo lib. 8. & 10. Geopraphiæ, Hesiodus in Theog. & Ouid. 4. Fast. subscribunt. Arcadia verò dicta est Parrhasia, à Parrhaso, vno filiorum Lycaonis: Steph. περὶ πόλεων. Vbi tamen non regionem, sed ciuitatem dũtaxat Parrhasiam fuisse tradit. Et Strabo Parrhasios gentem Arcadiæ nominat. δοκεῖ, inquiens, παλαιότατα ἔθνη τῶν τὰ Ἀρκαδικὰ πᾶν Ἑλλήνων, Ἀπαῖς τε καὶ Παῤῥάσιοι, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι.

Ibidem. -Ῥέην πίων] De Iouis natalibus, fratribus & sororibus, lege Hesiodum in Theogonia.

V. 11. Ἔνθα τὸ χῶρος] Nemus in monte Lycæo, vbi Rhea Iouem partu enixa est, à proprio quodam accidenti describitur: cuius & Pausanias in Arcadicis sic meminit. Spectatur (inquit) in iugo spelunca Rheæ, quò nulli hominũ præterquam solis deæ sacra facientibus fœminis introire fas est. Et eodem in

libro, Si quis contempta religione introierit, necesse omnino est eum intra annum è vita excedere.

V. 14. *Ἀνδανῆς*] Stephanus, *Ἄνδοντες, καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἀπὸ Ἄνδοντος ποταμοῦ, ἢ τοῦ υἱοῦ Φωρωνέως Ἄνδοντος.* Legitur etiam *Ἀνδανῆς* apud Dionysium De situ orbis.

V. 16. *-ᾧ κε πάσῃ λύματα.*] De Iouis recèns nati lauacro & purgationibus itidem dissimiles sententiæ, vt de loco natiuitatis, apud scriptores propositę reperiuntur. Nam Messenij (vt Pausanias confirmat) in Ithomes iugo fontem Clepsydrā fuisse asseruerunt, in quo ab Ithome & Neda nymphis nutricibus Iuppiter lotus fuerit. Idem in Arcadicis duorum fluminum mentionem facit, Lusij ac Lymacis, in quibus Iouem recèns natum, à sordibus emundatum fuisse scribit. Ac de Lymace quidem quæ ibi tradūtur, quòd huic loco lucem aliquam afferre videbantur, huc adscribere placuit. Sunt autem ista. Fluuius (inquit) qui Lymax dicitur, Phigaliam præterfluens cum Neda coniungitur. Hoc ei nominis à Rheæ purgatione inditum ferunt, quòd nempe quum Iouem illa peperisset, in hunc amnem nymphæ puerperij colluuiem abiecerunt. Colluuiem à Græcis *λύματα* dicta fuisse, testatur Homerus, quo loco à pestilentia Græcos purgatos dicit: eáque purgamina quæ *λύματα* nominat, in mare abiecta fuisse. Hactenus Pausanias. Extat autem Homeri versus lib. 1. Iliados talis, *Οἱ δ' ἀπολυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.* Nam ad hunc mihi Pausanias respexisse videtur.

V. 18. *Λάδων ἀλλ' οὔπω*] Arcadiam ante Iouis ortum siccam amnibúsque destitutam fuisse, ac postea demum nato Ioue fluuios in ea promanasse, hoc loco tradit Callimachus. quorum præcipuos nominat, Ladonem, Erymanthum, Iaonem, Melanē, Carionem, Crathin, Metopen, & Neden, qui omnes post Rheæ partum exorti sint. Horum nomina apud Dionysium De situ orbis reperiuntur, in descriptione Arcadiæ,

Καὶ δὴ μέσσην γῆτον, καίλλιν χθόνα ναιετάουσιν
Ἀρκάδες Ἄνδανῆς ἰσὸν σκοπιὴν Ἐρυμαίθου·
Ἔνθα Μέλαι, ὄθι Κρᾶθις, ἵνα ῥέει ὑγρὸς Ἰάων·
Ἦχι καὶ ὠκύλος μυθεῖται, ὕδατι Λάδων. Aliqui etiam à Plinio lib. 4. cap. 6, à Solino cap. 12. in Polyhist. & Strabone lib. 8. Geograph. enumerantur. Ac de Ladone quidem sigillatim hæc Strabo lib 1. Geograph. prodidit, *καὶ ὁ Λάδων ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ ποταμὸς ἐπέχει πολὺ τὸ ῥεῦμα.* Et sub finem 8. libri, *Γίνεται δ' ὁ Λάδων ἕνεκα, τοῦ ῥεύματος ὀξυτάτου πολλαχοῦ καὶ μεγάλου τοῦ πεζοῦ.* Huius pulchritudinem commendat Pausanias in Arcadicis. Meminit eiusdem Ouid. Fast. 2, *Quique citis Ladon in mare currit aquis.* Cæterùm Arcadiam Iouis beneficio, post Phaethontis incendium, aquis irriguam esse factam, idem hic autor lib. 2. Metam. testatur.

V. 18. *-ἀλλ' Ἐρύμανθος.*] Fontes hic (vt Pausanias ait) in Lampea monte habet, qui sacer Panos esse dicitur. Nobilitauit hunc montem aper Erymanthius, ab Hercule Eurysthei iussu in eo interfectus.

V. 19. *-ἔτι δ' ἄδροχος.*] Eandem esse fontium ac fluuiorum in ortu atque interitu vicissitudinis aleam, quæ cæterarum in hac natura rerum est, præter Aristotelem in Meteorologicis (vbi causæ accuratè inuestigantur) etiam Ouid. in Metam. his elegantissimis versibus demonstrat,

Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus,
Esse fretum, vidi factas ex æquore terras:
Et procul à pelago conchæ iacuêre marinæ. &c. Arcadiam verò, ante Iouem editum, omni aquarum copia destitutam fuisse, ac postea demum tot maxi-

mos amnes repentè apparuisse, veri haudquaquam simile est: sed à poeta, Iouis laudem amplificaturo, confictum videtur: tametsi de aliquibus fluuiis verum est quod hîc dicitur, vt mox patebit. Proinde veriorem iudico Pausaniæ sententiam, quam ipse de hac siccitate & irrigatione, in Arcadicis hunc in modum prodidit. Quòd si fortè (inquit) siccitate solum laboret, atque ex eo segetes & stirpes exaresçant, Ibi Lycæi Iouis sacerdos ad aquam eius fontis cum precatione conuersus, ritéque re diuina mactatis hostiis peracta, è quercu ramum non altè sed in sumimam aquam porricit. existit repentè cõmota aqua, ater halitus, nebulæ persimilis: neque ita multo pòst nubes attollitur: móxque plurium nubium accessione obducto cœlo, Arcadum fines optatis imbribus perfunduntur.

V. 23. -πολλαὶ δὲ Μέλας] Melanem Strabo, lib. 8, iuxta Olenum defluere scribit. (est autem Olenus Achaiæ ciuitas, finitima Arcadiæ, vbi Iouem à capra enutritum esse, Aratus in Phænom. innuit) Ibidem & Crathin ad Achaicas AEgas fluere tradit. ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς Ἀχαϊκοῖς (inquiens) Αἰγαῖς ὁ Κράθις ῥεῖ ποταμὸς, οὐκ ἄλλοθί ποταμῶν αὐξόμενος, ἀπὸ τῆς πύρασσαν πόλεως ὀνομασίαν ἔχων. ἀφ' οὗ καὶ ὁ ἐν Ἰταλίᾳ Κράθις. De Carione nihil in præsentia occurrit. Pausanias Cranionem in Alpheum, assumpto prius Gatheata amni, influere refert, in Arcadicis. Meminit & Carathis fluuii, sub finem eiusdem libri, eúmque per viam Tegeatarum transire scribit. quem ego cum Crathi, cuius mentio modò facta est, eundem esse crediderim. Quis enim ignorat, regiones, montes, fluuios, & his similia, aliis temporibus subinde alia sortiri nomina? Metopen verò Diodorus Sicul. lib. 5. Ladonis filiam & Asopi vxorem fuisse testatur. Eandem Pindarus 6. Olymp. quiam suam & matrem Thebes nominat:

Μᾶτερ ἐμὰ πρὸ Στυμφαλὶς ἀμφέπεις Μετώπα. Interpres ibidem hunc Callimachi locum citat.

V. 32. Ἐκ δ' ἔχεν μέγα χεῦμα] Nedæ fluuij fõtẽ à Rhea puerpera inuẽtũ & apertũ esse, Strabo etiã ex poetarũ sentẽtia lib. 8, Geogr. planũ facit. Νωνὶ μὲν ἔτι τῇ Τελφουσίᾳ φησὶ καὶ Μεσσηνίαν ὁρίζειν ὅτι τὸν Νέδας ῥοῦμα, λέγεσθαι δὲ ἀπὸ Λυκαίου κατὸν, Κρανδικὴν ὄρος, ἐκ πηγῆς ἰὼν αἰσθήσεσθαι πικρᾶς καὶ Διὸς ὠδινῶν ῥέαν, ὑπέρων χάριν. Id est, Atq; nũc quidẽ Triphyliã à Messenia disterminat Neda fluuius, copiosus è Lycæo Arcadiæ mõte deflucs, cuius fontẽ Rhea Iouẽ enixa lauacrorũ causa aperuisse dicitur.

V. 33. Νίδη δὲ τε δῶκα.] Pausanias trium Iouis nutricum mentionem facit in Arcadicis. Arcades (ait) Thisoam, Nedam & Agno, Iouis nutrices nominare soliti: quarum prima in Parrhasiorũ finibus nomen dedit vrbi, secunda flumini, tertia fonti in Lycæo. &c. Alibi etiam Ithomẽ Iouis nutricem nominat. Præter has Adrastea & Ida ab aliis quoque numerãtur, de quibus postea.

V. 34. Κρήτην ἔστι Κρητῶν.] Cretæ descriptionem pete ex 10. lib. Geogr. Strabonis: ex 17. cap. Solini. & lib. 2. cap. 7. Melæ. Hodie Candia appellatur, maior Cypro, minor Sardinia & Sicilia. par tamen omnibus soli vbertate. Dionysius περὶ οἰκουμένης, de ea sic canit,

Κρήτη ἐμίτασα, Διὸς μεγάλοιο τιθήνη,
Πολλή τε λιπαρή τε καὶ εὔδενδρος. ἧς ὕπερ ἴδη,
Ἴδη καλλιέθειρον ὑπὸ δρυσὶ πληθόωσα. Virgilius autem ita,

Creta Iouis magni medio iacet insula ponto,
Mons Idæus ubi & gentis cunabula nostræ:
Centũ urbes habitant magnas, uberrima regna. Qua porro ratione Iuppiter in Creta editus, & quo dolo Saturnus circumuentus sit, ne recèns natũ puerũ deglutiret, copiosè exponit Hesiodus in Theogonia, & Ouidius in Fastis.

V.35. Γραῦν παλαιὰν νυμφίων] Nedã nutricẽ ab ætate senili & graui obiter cõmẽdat. Multũ enim refert, quibuscũ ἐξ ὀνύχων, hoc est, à teneris vnguiculis, conuersemur, & quibus vtamur nutriciis. Qua de re cõsulendus Plut. in Pædagogia.

V.36. -μετὰ πα Στύγα] Μετὰ particula exceptiua hoc loco, vt in illo Homerico, lib.11, Odysseæ,

Λίσπης θ', ὃς ἄριστος ἔην εἶδός τε δέμας τε,
Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. Stygem verò, omnium nympharum natu maximam fuisse, etiam Hesiodus in Theog. affirmat, Καὶ Στὺξ, ἣ δὴ πρέσβιστα θυγατρῶν ἔκγεν Ὠκεανοῦ. De Phillyra, à qua Chiron Phillyrides apud Pindarum & Ouidium cognominatus est, Hymno quarto dicetur. Secunda autem syllaba, quæ aliâs breuis est, propter duas ambientes longas hîc producitur, vt & prima: sed positionis gratia. Est enim aliâs Φιλύρη.

V.39. Καυκώνων πολίσθρον.] Caucones vetustissimi fuerunt Triphyliæ (quæ est Arcadiæ regio) inquilini: de quorum situ ac domiciliis copiosè disputat Strabo, lib.8. Cosmographiæ, Homericum illud ex Odyss. 3 libro examinans quod Minerua Nestori sub Mentoris forma dicit,

Νῦν αὖτ' ἠῶθεν μετὰ Καύκωνας μεγαθύμους
Εἶμ', ἔνθα χρεῖός μοι ὀφείλεται, οὔτι τέου γε, Οὐδ' ὀλίγον. Idem Strabo ibidem annotat, Φασὶ δ' οἱ Λεπρεάται τὸ Καύκωνος τοῦ μνῆμα, ἢτ' ἀρχηγέτου τινός, εἴτ' ἄλλως ὁμωνύμου τοῦτο ὄντος. Id est, In agro Lepreatarum monumentum aiunt Cauconis esse: siue is princeps fuit, siue aliâs genti illi cognominis. Eiusdem monumenti Pausanias quoque in prioribus Eliacis mentionem facit.

V.39. -ὃ Λέπρειον.] Ita reliqua habent exemplaria: ego Lepreon (Λέπρειον) legere malo. Sic enim vrbem hanc Arcadiæ nominat Herodotus lib.4. & Aristophan. in Auibus. itẽ Strabo lib.8, & Pausan. in prioribus Eliacis, & in Arcadicis. Plinius quoq; lib.4, c.6, Lepreon Arcadiæ oppidũ facit. Idem tamen præcedẽti capite eiusdẽ libri Leprio ciuitatẽ Elidis nominat. Sed vtri lectioni standum sit, ego non magnopere cum quoquam digladiabor. Producitur autem & huius dictionis secunda syllaba, aliâs natura breuis, eadem ratione quam suprà in Phillyre ostendimus: vt etiam in Homerico istoversu, Iliad.5,

Ἀστὴρ ὀπωρινὸς ἀκαλήφιον, ὅστε μάλιστα. Est enim penultima in nomine ὀπωρινὸς correpta: vt ex illo Martialis apparet, *Si daret autũnus mihi nomẽ, oporinus essem.*

V.41. Λυκαονίης ἄρκτοιο] Notatio Callistûs matris Arcadis, à quo rege pro Pelasgia, regio dicta est Arcadia, & pro Pelasgis, incolæ Arcades. Fuit autem Callisto Lycaonis regis filia, quam à Ioue vitiatam Iuno irata in vrsam vertit, Diana sagittis confixit: Iuppiter exempto quem in vtero gerebat Arcade, inter sidera retulit, quæ vrsa maior (ἄρκτος à Græcis) dicitur. Fabulã refert Pausanias circa initium lib.8. item Ouidius 2. Metam. & Fastorum lib.2.

V.42. Εὖτ' Θιναὶ] Thenæ, seu Thennæ, oppidum Cretæ, proximum Cnosso, inquit Steph. De vrbibus. Idem de Omphalio (cuius nominis originem hîc prodit Callimachus) Ὀμφάλιον, ait, τόπος Κρήτης, πλησίον Θινῶν καὶ Κνωσσοῦ. Consentiunt cum his quæ poeta hic fingit, etiam illa apud Diodorum Siculum, lib.6, cap.15, vbi inquit, Quum à Curetibus ferretur infans, tradunt Omphalum (*umbilicum, uertendum fuisse in diæ*) iuxta fluuium Tritonem cessisse (*melius, decidisse*) ex quo & ora illa ab eo quod accidit, Deo sacra, Omphalia cognominatur, & propinquus ager Omphalius est appellatus. De Cnosso lege Strabonem lib.10. Plinium lib.4, cap.12. Volaterr. lib 9.

V.45. -καλέουσι Κύδωνες] Cydon vrbs Cretæ amplissima, vnde poma & spicula Cydonia dicta, testibus Plinio & Strabone. Meminit Cydonum etiam

Homerus in descriptione Cretæ, quæ extat lib. 19, Odyssææ, Κρήτη τις γαῖ' ἔστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,&c. Pausanias in Arcadicis, Cydonem Tegeatæ filium, oppidi istius in Creta conditorem fuisse, scriptum reliquit.

V. 46. Κυρβαίτων ἴπαραι.] Cyrbantes, iidem qui Corybantes & Curetes alio nomine dicuntur, à Cyrba Cretæ ciuitate, quæ vulgò ἱερὰ Ῥύττα appellatur: inquit Stephanus. Sunt & Cyrbæ legum tabulæ à Græcis dictæ, vt Plutarchus in vita Numæ testatur.

V. 47. Δικταίαι Μελίαι.] Meliæ, nomen proprium Nympharum, de quo infrà, hymno 4, plura dicentur. Dicte, mons Cretæ, ab Ida versus Orientem mille stadiis distans, vt autor est Strabo. Adrasteam autem, Iouis nutricem fuisse, etiam Plutarchus lib. 3, Sympos. declarat, ὁ μὲν πατὴρ ὁσσοῦτον ἐπέσχε τῆς εἰρημένης, ὅτι δοκοῦσιν αὐτὸν ἡ οἱ παλαιοὶ τὸν μὲν Διὸς δύο ποιεῖν παῖδας, τόν τ' Ἴδαῖον καὶ τὸν Δικταῖον.&c. Apollonius quoque Rhod. lib. 3, Argon. eandem nominat, vbi Venus Cupidinem alloquitur.

V. 49. Αἰγὸς Ἀμαλθείης.] Quo pacto Iuppiter à capra enutritus & lactatus sit, exponit Ouidius 5. Fast. Amaltheā pulcherrimis versibus depingens. Strabo lib. 8, non in Creta, sed apud Olenum Achaiæ ciuitatem (quæ postea AEgeum dicta est) hoc accidisse, sic ex Arato declarat, ἱστοροῦσι δέ, οἰκοῦσα καὶ τὸν Δία ἔτι αἰγὸς πραφίδιον· καθάπερ φησὶ καὶ Ἄρατος, Αἶξ ἱερὴ, τήν μέν πέρι Διὶ μαζὸν ὀπηδεῖν. Meminit & Lactantius lib. 1. cap. 21, de falsa rel. Refer huc & prouerbium, apud Erasmum, Copiæ cornu.

V. 49. -κηέιον ἔδρας.] Iamum quoque apum succo per dracones duos subministrato fuisse enutritum, refert Pindarus Ode 6. Olymp. Idem de Hierone Syracusano & Semiramide ab aliis traditur. Sed & Pausanias simile quiddam de ipso Pindaro in Bœoticis ita refert: Pindarum, quum esset adhuc adolescentulus, Thespias proficiscentē, per æstatem meridiano calore fessum somnus arctior complexus est. Aduolarunt apes quò paululum de via diuerterat, & ad eius labia mel alleuerunt. Omen hoc fuit & præsagium futuræ in pāgendis versibus elegantiæ, mellitissimæque facundiæ.

V. 50. Γαιαχείδος ἔργα Μελίσσης.] Iouem ab apibus nutritum esse, Virg. 4. Georg. haud obscurè innuit, inquiens,

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam, pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaque æra secutæ,
Dictæo cœli regem pauêre sub antro. Quod verò de apibus mirabile dictu tradunt fabulæ, minimè videtur prætereundum: Iouem scilicet, in sempiternam amoris erga eas memoriam, illarum colorem immutasse, inque æris vertisse aurati. Diod. Sicul. lib. 6. Antiquit. cap. 15.

V. 51. -πέ τι κλειτὸν Παίανος.] Ibidem Diodorus, Quanuis autem locus is (inquit) admodum excelsus aspérque situ, ventis quoque agitatus, niuibúsq; sit infestus, nullo tamen apes incommodo aut molestia afficiuntur.

V. 52. Οὗλα δὲ Κούρητες.] Curetes Rheæ sacerdotes fuerunt, quam ipsi coluerunt, ὑπέρ τε καλουμένης Θεῶν, καὶ Αἴσιν, καὶ Φρυγίαν, θεὸν μεγάλην· ἀπὸ δὲ τῶν ὀρῶν, Ἰδαίαν, καὶ Δινδυμήνην, καὶ Ῥυλλίνην, καὶ Πεσσινουντίδα καὶ Κυβέλην, Strabo lib. 10. Pausanias in prioribus Eliacis, Curetas, etiam Idæos Dactylos cognominatos esse testis est: quorum nomina fuerint, Hercules, Pæoneus, Epimedes, Iasius, & Idas. Lapis quoque Idæus dactylus dicitur, insulæ Cretæ alumnus, coloris ferrei, humano pollici similis: autoribus Plinio & Solino.

V. 52. -φύλιν ὠρχήσατο.] Cuiusmodi fuerit tripudii genus φύλις, Lucianus

in libello περὶ ὀρχήσεως, his verbis declarat, ἐν ὅπλοις δὲ αὐτὴν [Κουρήτων] ἡ ὄρχησις ἦν, ὃ ξίφη μεταξὺ προπαίοντων πρὸς τὰς ἀσπίδας, καὶ πηδώντων ἔστιν ὅτε καὶ πλαγίων. Et Lucretius lib. 2,

Hîc armata manus (Curetas nomine Graij
Quos memorant Phrygios) inter se forte caterua Ludunt. &c.

Eadem saltatio alio nomine Pyrrhiche dicitur. Sic enim de ea Strabo, lib. 10, ἡ δὲ ἐνόπλιος ὄρχησις σφαιρικὴ, καὶ πυρρίχη. δῆλοῖ δὲ καὶ ὁ Πυρρίχιος, ὃν φασὶν εὑρεῖν τῆς τοιαύτης ἀσκήσεως πρῶτον ὄντα τὰ σφαιρικά. Dionysius quoque Halicarnass. lib. Antiquit. Rom. 7, Pyrrhichen ἐνοπλίαν, hoc est armatam, esse tradit. Plinius lib. 7. Natural. Hist. in Creta primùm à Pyrrho inuentam esse commemorat. Cui & Solinus cap. 17. astipulatur. Meminit eiusdem Suetonius. Refert item Apul. lib. 10. Metamorph. pueros puellásque Græcanicam saltasse Pyrrhichen: quũ in orbem nunc flexuosi, nunc in quadratum cuneati discursus reciprocos explicarent. Lege etiam caput 13, libri 2, Polydori Virgilij. de inuentoribus rerum: & prouerbiũ apud Erasmũ, Pyrrhichen oculis præ se ferés. De Germanis idem ferè Cornelius Tacitus prodidit: Spectaculorum (inquit) genus vnũ atque in omni cœtu idem. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas, saltu iaciunt. Exercitatio artem parauit, ars decorem, &c. Non dissimile fuit Romanorũ exercitium, quod Troia dicebatur, ab Ascanio Iulo in Italiam è Phrygia deportatum. De quo Virgil. lib. 5, AEneid.

Olli discurrêre pares, atque agmina terni Diductis soluere choris. &c. Eundem ludum Iulius Cæsar inter cæteros populo spectandum exhibuit, teste Suetonio: dicente quòd Troiam luserit duplex turma, maiorum minorúmq; puerorum. Suetonio consentit Xiphilinus in vita Cæsaris, quum inquit, Τῷ τε ἱππασίᾳ τῷ Τροίαν καλουμένῳ οἱ παῖδες οἱ ἐπιφανεῖς καὶ τὸ πρῶτον ἐπιόντες, ἐξ ἑφ' ἅρμάτων οἱ νεανίσκοι οἱ ὁμότιμοι αὐτῶν ἠμιλλήσαντο. i. Fuit quoq; equestris pugna, cui Troia nomen est, à pueris nobilissimis antiquo more pugnata: cum quibus iuuenes itidem nobilissimi ex curribus certauerunt. Hunc ipsum Troiæ ludum edidit frequentissimè Augustus, magnorum minorúmque puerorum delectu, prisci decoríque moris existimans, claræ stirpis indolem sic notescere: inquit Suet. in Augusto, cap. 43. Idem à Claudio Cæsare editus est, autore Tacito: qui libro 11. Annal. hæc refert, Sedente Claudio Circensibus ludis, quum pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inirent, intérque eos Britannicus imperatore genitus, & L. Domitius adoptione, mox in imperium & cognomentum Neronis adscitus: fauor plebis actior in Domitium loco præsagij acceptus est. Herodianus lib 4, circa initium, quo loco funebres ludos recitat, eandem videtur Pyrrhicham appellare, quam alii Troiam dixerunt. Eius verba hæc sunt, ἐπὰν δὲ μέγιστον χῶμα ἀρθῇ τῶν ἀρωμάτων, καὶ πρὸς τόπος πληρωθῇ, ἱππασία περὶ τὸ κατασκεύασμα ὁπλίτου γίγνεται· πᾶν τὸ τὸ ἱππικὸν πᾶγμα περιέρχεται κύκλῳ, μετά τινος ἀτάξιας καὶ ἀνακυκλώσεως, πυρρίχῳ ῥόμῳ καὶ ῥυθμῷ. Hoc est, (Politiano interprete) Vbi verò ingens aromatum aceruus aggestus est, ac locus omnis expletus, tum circa illud adequitãt, vniuersis equestris ordinis certa quadam lege, ac recursu motúque Pyrrhichio, numeróque, in orbem decurrentibus.

V. 53. Τύχα πληήσσεται.] Corybantum saltu & tumultu Iouem conseruatum esse, etiam Ouid. lib. 4. Fast. docet,

Ardua iamdudum resonans tinnitibus Ida,
Turus ut infanti vagiat ore puer.
Pars manibus clypeos, galeas pars tundit inanes:

Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.

V. 55. Καλὰ μὲν πέξά.] Hesiodus in Theogonia,

Καρπαλίμως δ' ἄρ' ἔπειτα μέλη καὶ φαίδιμα γυῖα Ἤυξετο τοῖο ἄνακτος. Hoc est, *Ocyus huic solido creuerunt corpore membra, Et uires, qualisque decet præstantia regem.*

V. 57. Ἀλλ' ἔτι παιδὸς] Nam secundum Pindarum, φύονται καὶ νέοις ἐν ἀνδράσιν πολιαὶ θαμά, καὶ ἀρχὰν ἁλικίας ἐπέπαν χρόνον. Id est, Nascuntur & iunioribus sæpe viris cani, vel etiam præter ætatis congruum tempus. Idem in Pythiis Demophilum laudans, κἄτος (inquit) ἐν παιδὶ νέος, ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς, ἐγκύρσας ἑκατονταετῆ βιοτᾷ. Id est, Ille est quidem ætate iuuenis, consilio verò canus: quo vel ei qui centum annos natus est, obuiare potest. Vide prouerbium, Ante pilos prudens.

V. 60. Δῶκαν δ' οἱ πάμπαν.] Vetus hæc & cõmunis poetarum fuit opinio, regnũ vniuersi orbis, post expulsum à Ioue Saturnũ, inter tres fratres sorte diuisum: vt Ioui quidẽ regnũ cœleste, Neptuno verò insulæ & maria, at Plutoni inferorũ regnũ obtigerit. Sic enim ipse Neptunus apud Homerũ 15 Iliad. Τριχθὰ δ' πάντα δέδασται, &c. Idẽ apud Virgiliũ AEneid. 1. *Non illi imperiũ pelagi, sæuique tridentẽ, Sed mihi sorte datum.* Lactantius lib. 1, De falsa religione, fabulã ita interpretatur. Ergo (inquit) illud verum est, quòd orbem terræ ita partiti sunt, vt orientis regio Ioui cederet, Plutoni pars occidentis obtingeret: at Neptuno maritima omnia obuenerunt. Hesiodus in Theogonia duos fratres, Neptunum & Plutonem, sponte sua regno cessisse, & Ioui cœlum reliquisse tradit, quòd eius beneficio ex vinculis patriis liberati & exempti fuissent. Cicero autem in libro De natura deorum, impiam esse fabulam iudicat, & quomodo ratione physica intelligenda sit, ibidem docet. Huius sententiæ noster Callimachus subscribit, figmentum hoc Iouis indignum censens maiestate: ac proinde non sortium beneficio, sed virtute regnum cœleste obtinuisse canit.

V. 68. Θήκατο δ' οἰωνόν.] De aquila loquitur, quæ fulmina curuis ferre solet pedibus, diuũm gratissima regi. Hæc enim & propter volatus pernicitatem & altitudinem, Iouis armiger esse fingitur. Pindarus Olymp. 2 Hymno, aqui Iam Διὸς ὄρνιθα θοὸν, & alibi οἰωνῶν βασιλέα vocat. Plinius lib. 10, cap. 3, Negant (inquit) vnquam hanc alitem fulmine exanimatam: ideò armigeram Iouis consuetudo iudicauit. Virgil. lib. 12. AEneid. fuluam Iouis alitem nuncupat.

V. 76. Αὐτὰρ χαλκῆας.] Summum Iouis imperium collatione amplificat, cum cæteris diis comparans, quorum maiestatem in priuatos homines, & regibus subiectos, Iouis autem in ipsos reges, se extendere demonstrat. Locus est ex Hesiodo expressus, apud quem in Theogonia hi versus leguntur,

Ἐκ γὰρ Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθόνα, καὶ κιθαρισταί·
Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες. Iidem in Homericis hymnis extant. Horatius in Odis, *Regum timendorum in proprios greges, Reges in ipsos imperium est Iouis.* De Chitone Dianæ infrà.

V. 81. Δῶκας δὲ πολίεθρα.] Regna & imperia diuinitus constitui, & magistratus à Deo rerum gubernaculis præfici, sapiẽter & piè docet Callimachus. Sunt enim principes & rerum domini, filii Altissimi, quibuscum Deus optimus maximus θέμιν suam, hoc est ordinem & ius suum communicat: quod est hominibus imperare & dominari. Nam quum homines omnes Deo conditori obsequium debeant, & eidem seruire tenentur, atque illud insuper dominium quod à creatione illis fuit reliquum, adeóque omnem libertatem

suam

ſuam per peccatum & lapſum, cum ſeruitute commutauerint: ſoli reges & principes hoc cum Deo commune habent, vt aliis præeſſe & dominari poſſint: ſi quidem de politica adminiſtratione hoc intelligas. Eſt enim piis etiã ſua libertas & ſuum dominium, quo, virtute Spiritus ſancti adiuti, prauas cupiditates & inſtinctus cacodæmonum, ipſãmque adeò mortem vincere ac ſuperare poſſunt. De libertate ſapientum lege Ciceronis paradoxum penult. & Perſium in Sat. 5. Multum verò dignitatis & exiſtimationis magiſtratui hoc conciliat, quòd intelligit ἔξιν iſtam & ius dominandi ab ipſo Deo conſtitui & dependere. Quamobrem non immeritò Neſtor Achillem à ſeditione dehortans, inquit, Μὴ σὺ Πηλεΐδην ἔθελ' ἐριζέμεναι βασιλῆϊ Ἀτρεΐδῃ. ἐπὶ οὔπω ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς Σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧπερ Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.

V. 82. Ἄρχης ὀπτῆρα πολίεσσιν ἐπόψιος] Vt ſubditi reges & principes ſuos colãt, metuant & obſeruent, ita & reges ac magiſtratus Deum timeant ac reuereantur. Eſt enim Deus ἐπόψιος, inſpector rerum humanarum, oculum habens vindicem. Vnde Pindarus 3, ᾠδῇ Pyth. -βασιλεῦ λεξίας κοινῶνι παρ' ἀνδράσιν γνώμαν πιθών, παῖπα ἴσαπτι νόῳ, ψευδέων δ' οὐχ ἅπτεται. καίπερ τί μιν οὐ θεὸς, οὐ βροτὸς, ἔργοις οὔτε βουλαῖς. Id eſt, Rex obliquus (Apollo) familiari ſuo æquiſsimo, cuncta diiudicanti menti, fidẽ adhibens, mendaciis non obtemperat: nec fallit ipſam deus, nec homo, opere aut conſilio. Ouid. 13. Metamorph. *Aſpiciunt oculi ſuperi mortalia iuſtus.* Vide prouerbium, Multa noris oportet, quibus deum fallas.

Ibidem. -οἵ τε δίκην λαῶν ὑπὸ σκολιὰς.] Aurea ſententia, qua admonet poeta, non modò bonos reges ac gubernatores iuſtos, ſed etiam malos & iniuſtitiæ adminiſtros, à Deo rebuſpub. præfici. Quo nomine D. Paulus à Chriſtianis exigit vt profanis etiam regibus morem gerant, & ſeditiones caueant. Et apud Solomonem in Prouerb. ipſe Deus de ſe inquit, δι' ἐμοῦ βασιλῆς βασιλεύουσι, καὶ οἱ δυνάσται χάριτι δικαιοσύνης δι' ἐμοῦ μεγιστᾶνες μεγαλύνονται, καὶ τύραννοι δι' ἐμοῦ κραταιοῦνται γῆς.

V. 85. -οὐ μάλα δ' ἴσον-] Iupiter (inquit) dona ſua (vt ſunt diuitiæ, honores, ſapientia, & his ſimilia) non ex æquo omnibus largitur: ſed pro ſuo arbitrio liberè diſpenſat, alii multum, alii parum, aliis prorſum nihil cõferens. Id quod exemplo regis Philadelphi declarat, qui non modò regni AEgyptiaci amplitudine & vbertate, ſed etiam ingenii & ſapientiæ laudibus excelluit. de quibus plura lege apud Pauſaniam in Atticis. Eiuſdem potentiam Theocritus Idyllio 17, celebrat,

Ἀλλ' οὗπερ πόσα φύει ὅσα χθαμαλὸς Αἴγυπτος, &c.

V. 89. Οἱ δὲ τὰ μὲν πλεῖστοι.] Potentię regis AEgyptiaci opponit, per αἰπύτητα, aliorum imbecillitatem & inopiam, qui vix anno conſequuntur quod vno die Ptolemæus perficit: quinimo aliquorum tanta eſt infirmitas, vt omnibus exuti viribus, prorſum nihil aſſequi valeant. Οὕτως οὐ πάντεσσι θεὸς χαρίζεται δίδωσιν Ἀνδράσιν, οὔτε φυλὰ, οὔτ' ἄρ φρένας, οὔτ' ἀγορητύν. Deus enim liberrimè agit: ſicut AEneas apud eundem poetam, Iliad. 20, probat, inquiens, Ζεὺς δ' ἀφίτου αἴσησιν ὀφέλλει τε μινύθει τε, Ὅππως οἱ ἐθέλῃσιν· ὁ γὰρ κάρτος ἀπάντων. Et Pindarus 8. Pythiorum, -τὰ δ' οὐκ αἰδρᾶσι κεῖται. Δαίμων δὲ παρέχει, Ἄλλοτε δ' ἄλλον ὑπερθε βάλλων, Ἄλλοτε δ' ὑπὸ χειρῶν Μέτρῳ καταβαίνει. Id eſt, Sed hæc (bona) in humanis viribus non ſunt: Deus verò illa præbet, aliàs alium extollens, alium premens, ſeu manu deiiciens. Quod quum ita ſit, Οὐκ ὀπιμφαμπὺς· μηδὲις τὰ θεῶν ἐνόσφιν.

V. 91. Χαῖρε μάκαρ Κρονίδη.] Epilogus ſalutatione conſtat, qua deum hilari animo compellans, bonitatem ipſius grata mente prædicat: cámque tantam eſſe canit, vt nullo ore nullóque præconio dignè celebrare poſsit. Nam quod

Pindarus in Pythiis ait, ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα σὺν δύο δαίονται βροτῶν ἀθάνατοι, id est, Ad vnum bonum duo mala impertiũt hominibus dii: & Alcmena apud Plautum, *ita dis placitum, voluptati ut mœror comes consequatur, Quum mammodi plus mali quæ illico adsit, boni si obtigerit quid*: hoc solerter apud Euripidem in Supplic. refellit Theseus, quum inquit, -ἔλιξε γὰρ νιν ὡς τὰ χείρονα Πλείω βροτοῖσιν ὄντ' ἔμοιγε τῶν κρεισσόνων· Ἐγὼ δὲ τοῦτο αἰτίαν νικᾶν ἔχω, Πλείω τὰ χρηστὰ τῶν κακῶν εἶναι βροτοῖς. Εἰ μὴ γὰρ ὧδ' ἦν, οὐκ ἂν ἦν ὅδ' ἐν φάει. Quod verum esse, multis argumentis planum facit: quæ hîc percensere nimis prolixum foret. Sed & ipse Pindarus 5 Pyth. hymno, omnia vult Deo accepta referri, πανὶ μὲν, inquiens, θεὸν αἶνον ἐπαρκέσαι. Et Hesiodus, θεοὶ δωτῆρες ἐάων. Pausanias quoq; in Arcad. refert, Megalopolitanis in via quadam, Boni dei templũ fuisse: & adicit, Quòd si hominibus dii bonorum autores sunt, deorum verò supremus est Iupiter, rectè quidem hoc Ioui maximè proprium cognomen esse conücere possis.

V. 95. Οὔτ' ἀρετᾶς ἄτερ.] Elegantissima est γνώμη, apud alios quoque autores celebrata: qua docet, ad veram absolutámque felicitatem acquirendam, non modò virtutem, sed etiam diuitias cum virtute coniunctas pertinere. Nã Aristotele teste, ἀδυνάτου, ἢ οὐ ῥᾴδιον, τὰ καλὰ πρᾶξιν ἀχορήγητον ὄντα. At neque diuitiæ solæ possunt facere aut seruare beatum, nisi cum virtute iungantur. Sicut hoc ipsum Pindarus 5 Pyth. ἐῶδι affirmat, ὁ πλοῦτος, inquiens, ἄρυστις, ὅταν τις ἀρετᾶ κεκραμένον καθαρᾷ βροτοῖσιν αἰὲν πότιμον παρεδόντες αὐτὸν αἰάγῃ πολύφιλον ἐπάγῃ. Id est, Diuitiæ multum valent, vbi quis cum virtute pura permixtas, mortalis homo, fortuna annuẽte, eas protulerit: & harum diuitiarum multi sunt comites. Idem in Olympicis summam felicitatem in his consistere docet, ὑγίεια δ' ἔπος ὅλεον ἀρθέν, ἐξ ἀρχείων κτεάνων, καὶ ἁ λογίαν παρεοῦσα μὴ μαινομέναις γνώμαις. Id est, Siquis sanus diuitiis fruatur, rebus suis contẽtus, claro præterea adauctus nomine, ne cupiat deus fieri.

ANNOTATIONES IN HYMNVM SECVNDVM, qui est in APOLLINEM.

V. 1. Οἷον ὁ τῶ Ἀπόλλωνος.] Solenni Apollinis festo, poeta tum iuuentutem exhortatur ad laudandum & celebrandum Apollinem (præmia enumerãs quibus Phœbicolæ afficiantur, longè maxima & amplissima) tum ciues suos, remotis à sacrorum communione profanis & impiis hominibus, attentos esse, laudésque ac hymnos puerorum, quibus Apollo celebretur, religiosè audire iubet: proposito aquarum & lapidum exemplo, quæ musica suauitate & vocum dulcedine moueri & affici fingit. Atque vt eo promptiores & alacriores ad laudationem Apollinis accedant, non vtile tantùm esse docet, Phœbum celebrare, sed etiam facillimum: quum nihil sit Apollinis quod laudi materiam non præbeat: imò ipsum pallium, fibulæ, pharetra, sagittæ, lyra, calcei, vultus, capilli, & omnia ac singula membra suis ornari possint præconiis. Quibus ità præmissis, laudes Apollinis recitare aggreditur, commẽdans eum à rerum & artium cognitione multiplici: & à rebus præclarè gestis, quibus multa ac varia apud diuersas gentes consequutus sit cognomina. Hinc occasione sumpta à Carnæo (quo nomine à Lacedæmoniis & Cyrenæis iuxtà Apollo vocatur) Cyrenarũ, patriæ suæ originem exponit: quam à Minyis (qui Thera Thebano duce, è Lacedæmone primùm in insulam Callisten, postea

Theram appellari cœptam commigrarunt: deinde verò, à Batto Polymnesti filio in Libyam perducti sunt) descendere, & nomen à Cyrena Hypsei filia, Apollinis nympha, sortitam esse, multis rationibus docet. Postremo & maledico, à quo propter carminis breuitatem notatus fuerat, scitè admodum sapientérque respondet.

Ibidem. -ἑπταετὲς δάφνινος ὄρπηξ.] Virgil. lib. 3. AEneid. hoc imitatus est, *Vix ea fatus eram, tremere omnia uisa repentè, Liminaque, laurusque Dei: totusque moueri Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis.* Voluit enim æmulus diuinæ gloriæ cacodæmon (quo enim alio nomine Delphicum & Pythium Apollinis diguer?) hoc strepitu & fragore maiestatem & vires suas ostentare, vt hominum animis sui timorem ac reuerentiam incuteret. Plura ad hunc locum pertinentia reperies lib. 6. AEneid. & lib. 5. Pharsaliæ, apud Lucanum.

Ibidem. -δάφνινος ὄρπηξ.] Arborum genera, teste Plinio, numinibus suis dicata, perpetuò seruantur: vt Ioui esculus, Apollini laurus, Mineruæ oliea, Veneri myrtus, Herculi populus. Vnde Virgil. *Populus Alcidæ gratissima, mitis Lacchо, Formosæ Veneri myrtus, sua laurea Phœbo.* Aristoph. in Pluto, Ἔχω τι ἀγαθὸν ἐλπίδ' ἐξ ὧν εἶπί μοι Ὁ Φοῖβος αὐτὸς, Πυθικὰ τιθεὶς δάφνιν. Est autem laurus Phœbo sacra, vel propter Daphnes fabulã (de qua Ouid. 1. Metamor.) vel propter futurorum, quam habere creditur, præsensionem. Sic enim Tibul. lib. 2, *Laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni: Distendet spicis horrea plena Ceres.*

V. 2. -ἑκὰς ἔστε ἀλιτῆρες.] Ethnici quoque à communium sacrorum vsu impios & sceleratos excludere & reiicere soliti sunt. Vnde Eurip. in Ione, Τοὺς μὴ τὰ πάτρια βωμοὺ οὐχ ἵζειν ἐχθρῶν, Ἀλλ' ἐξαμύνειν. εἰδέ γ' ἔφυσεν καλὸν Θεῶν πιτνεῖν χρέος. De Druidis idem prodit Cæsar lib. 6. Siquis (ait) aut priuatus, aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicit. Hæc pœna apud eos grauissima est. Quibus ita est interdictum, ij numero impiorum ac sceleratorũ habentur: ab iis omnes decedunt, aditum eorum sermonémq; defugiunt: ne quid ex contagione incommodi accipiant. neque iis petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur.

V. 3. Καὶ δή που τὰ Δύρετρα.] Claudianus De raptu Proserpinæ, hunc locum sic imitatur, *Iam mihi cernuntur trepidis delubra moueri Sedibus, & claram dispergere lumine luem, Aduentum testata Dei.* Porrò Græci Apollinem quoque Δυρεῖον, quasi ostiarium, dixerunt: cuius idem fuit quod Carnæ apud Romanos officium, de qua Ouid. 6. Fast. *Prima dies tibi Carna datur. dea cardinis hæc est: Numine clausa aperit, claudit aperta suo.*

V. 4. -ἱ Δήλιος ἱδὼν πτοῖτ ἐξ.] De palma Deliaca & olore infrà Hymno 4, dicetur. Ibidem de tripudio quod in honorem Apollinis fieri solenne erat.

V. 17. Εὐφημεῖτ' ἀοιδοὶ.] A pueris, quos canere & saltare iussit, ad auditores transit, à quibus attentionem & applausum requirit.

V. 18. Εὐφημεῖ καὶ πόντος.] Musicæ vim in excitandis & mouendis affectibus ἐκ θαλάττης exprimit: ostendens harmonica dulcedine & suauitate etiam res sensu carentes commoueri & excitari, vt sunt aquæ & lapides. De Arione, *Carmine currentes ille tenebat aquas.* De Amphione Horat. in Arte, *Dictus & Amphion, Thebanæ conditor arcis, Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda Duxere quò uellet.* Propertius lib. 3, *Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem, Sponte sua ad muri membra coisse ferunt.* Tu reliqua quę ad laudẽ musicæ pertinebũt, ex 8. Polit. Aristotelis, & Plutarchi libro De musica, repetes. Interim, musicæ

contemptoribus, illud Pindari, Pyth. 1, deuorandum relinquimus, ὅσα δὲ μὴ πφίλησε Ζεὺς, ἀκούσῃ βοᾶ Πιερίδων, αἰόλον γᾶν τε καὶ πόντον κατ' ἀμαμάκυτον. Id est, Quæcunque autem non amat Iupiter, ea auersantur cantionem Pieridum, ambulantem per terram atque immensum mare.

V. 20. Οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα.] Potest & hæc loci huius sententia esse, (& quidem vero propior) vt per Thetidem Achillis casum lugentem, non mare: (quod aliàs μητρυιμανῶς Thetis dicitur) nec per Nioben, saxum ipsum Phrygiæ: (in quod illa pòst transmutata esse fingitur) sed homines luctu & mœrore confectos (quales olim fuere Thetis & Niobe) intelligamus. Nam in mœstis & luctuosis animis recreandis & exhilarandis plurimum valet musica: vt suo exemplo ostendunt Saul & Dauides citharœdus. *Fertur & abducta Lyrnessidе tristis Achilles AEmonia curas attenuasse lyra.* Cæterùm luctus Thetidis apud Homerum Iliad. 1,

Τὸν δ' ἡμείβετ' ἔπειτα Θέτις ἀργυρόπεζα θεάων,
Ὤ μοι πέπον ἐμὸν, τί νύ σ' ἤτροφον αἰνὰ πεποῦσα; &c.

V. 21. Ὅππότ' ἰὴ παιῆον.] Periphrasis Pæanum, id est, hymnorum Apollinis, in quibus Io Pæan conclamabatur. de cuius acclamationis origine postea dicetur. Pæanes autem in laudem Apollinis cani solitos, etiam ex Homero patet: apud quem Iliad. lib. 1, -παιήονα μολπῇ ἵλασσαντο, Κοῦροι Ἀχαιῶν ἑκάεργον Ἀπόλλωνα. Id est, Carmine placabant irati numina Phœbi, Toto nempe die Graij Pæana canentes. Dictus est etiã ipse Apollo Pæan, vel ἀπὸ τῆ παίειν, (id est, à feriendo) vel ἀπὸ τῆ παίειν, id est, à placando. Vide Macrob. lib. 1. Sat. cap. 17.

V. 22. Καὶ μὴν ὁ δακρυόεις.] Niobe, Amphionis Thebani vxor, filia Tantali, copiosa sobole elata, & formæ venustate superba, amissis liberis vno die omnibus, pœnam superbiæ luit. Qua filiorum iactura accepta, tãtus animo orbatæ matris luctus & mœror accessit, vt in lapidem diriguisse vulgò diceretur: idque propter æternum (credo) in luctu silentium. quemadmodum 3. Tusculan. lib. Cicero ait. Fabulam elegantissimis versibus persequutus est Ouid. lib. 7. Metamorph.

V. 23. Ὅστις ἐν Φρυγίᾳ.] Visa liberorum morte, è Thebis in Sipylum Phrygiæ oppidum transiit: seu, vt alij volunt, in Sipylum Mygdoniæ montem. Antigone apud Sophoclem, ἤκουσα δὲ λυγροτάτᾳ ἁλίσκεσθαι Ταὶ Φρυγίαι ξέναι Ταντάλου, Σιπύλῳ ἐν ὄρει, Ταὶ κισσοῖς εἰς ἀπειρὰς, Πετραῖα βλάστα δάμασσαι. Hoc est, Audiui mœstissimam periisse Phrygiam hospitam, Tantali filiam, Sipylo in summo. Quam, ceu hedera peruicax, germinatio saxea circumdedit. Ouid. in 6,

In patriam rapta est: ibi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrymis etiamnum marmora manant.

Propertius lib. 2, Eleg. 21,

Nec tantum Niobe bus sex ad busta superba
Sollicito lacrymans defluit à Sipylo. Idem lib. 3. eleg. 9, *Et Niobes lacrymas supprimat ipse lapis.* Pausanias in Atticis, Ego (inquit) Nioben vt viderem, in Sipylum montem ascendi. Silex & prærupta crepido imminet, quæ propè assistenti, neque mulieris, neque lugentis formam ostentat: qui verò procul aspexerit, mulierem lacrymantem & mœrentem sibi intueri videatur.

V. 24. -εἰζυρὸν πχεούσης.] Ouid. in Epistola Acontii,

Quæque superba parens, saxo per corpus oborto,
Nunc quoque Mygdonia flebilis adstat humo.

V.25. -κακὸν μακάρεσσιν ἐρίζειν.] Est γνώμη παραινετικὴ, siue ἀποτρεπτικὴ, qua poeta ciues suos à rebellione aduersus tum deos, tum magistratus, dehortatur. Rectè enim Hesiodus,

Κῶφον, ὃς κ' ἐθέλοι θεὸς χρείοσσιν ἀντιφερίζειν.
Νίκης τ' ἔρριται, θεός τ' αἴσχιστα κάλυια πάσχει. Id est, Stultus quisquis amat maiori obsistere. nanque Vincitur, & probrum misera cum clade reportat. Et apud Homerum 8. Iliad. Neptunus,

Οὐκ αὖ ἔγωγε θέλοιμι Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι
Ἡμέας οἷς ἄλλοις· ἐπεὶ οὐ πολὺ φέρτερός ἐστι. Id est,

Nolim ego nos reliquos magnum contendere contra
Fortè Iouem: quoniam multo præstantior ille est.

V.27. Ὅστις ἐμῷ βασιλῆϊ.] Egregia αἰνιγματολή: cuius hæc est sententia, Qui superis resistit, is meo regi resistit, qui superorum cultum tuetur ac promouet. At qui regi meo obluctatur, is ipsi Apollini & summis diis obluctatur: à quibus Philadelphus rex meus amatur, & (quemadmodum primo hymno dictum) ius dominij ac regni AEgyptii consequutus est. Fuit autem Philadelphus Apollini vel hoc nomine acceptus, quòd literarum & artium humanitatis studiosissimus esset protector & conseruator, virósque doctos & Musarũ cultores summo amore & liberalitate prosequeretur. Declarat hoc Theocrit. Idyllio 17, inquiens,

Μουσάων δ' ὑποφῆται ἀείδοντι Πτολεμαῖον
Ἀντ' ἀοιδάων· τί δὲ κάλλιον αἰδέρι κεῖται ἔπι
Ὀλβίῳ, ἢ καλός τε θεὸς θεὸν ὠμφιπολεύσας; Id est,

Laude canunt etiam Ptolemæi munera vates,
Quæ tribuit Musis. quid enim præclarius esset
Tanto homini, multis quàm durans gloria seclis? Erat enim hoc sapientissimorũ imperatorum & regũ studium, vt literarum cultores fouerent, vnde laudum suarum præcones consequerentur. Ouid. 3. De arte, *Cura ducum fuerant olim regumque, poetæ.* &c.

V.31. Ἔστι γὰρ ὕμνός τις.] Homerus in Apollinem, Πῶς νύ σ' ὑμνήσω, παίτως ὕμνοισι τέρπω; Id est, Quomodo te facilem laudatu laudibus ornem?

V.32. Χρύσεα τῷ Ἀπόλλωνι.] Quomodo hæc ad Solem referenda sint, & de radiorum fulgore intelligenda, explicat Macrob. lib. 1. Satur. cap. 17. in cognomento Apollinis χρυσάορος. Variorum porrò Phœbi cognominum etymologias & causas, præter Macrobiũ, studiosè etiam rimatur Lil. Gyral. Syntagmate 7. Historiæ deorum. Possunt & hæc de statua Apollinis aurea, & anathematis in templum Delphicum ex toto terrarum orbe collatis, accipi: de quibus Pausanias in Phocicis.

V.36. -καὶ ἀεὶ νέος.] Poetæ Phœbum imberbem & perpetuò iuuenem esse fingunt: tum quia semper eundem ætatis vigorem sol obtinet, neque vnquam consenescit: tum quòd eos qui se studiis consecrare volunt, maturè & iuuenes adhuc, ad literarum culturam accedere oportet: dum vires annique sinunt tolerare labores. Refer ad hunc locum verba Luciani De sacrif. quæ nos sequenti hymno de Ioue barbato allegauimus.

V.40. Ἀλλ' αὐτῷ πανάκειαν.] Panaces (inquit Plinius lib. 25, cap. 4.) ipso nomine omnium morborum remedium promittit: numerosum, & diis inuentoribus adscriptum. Vnum quippe, Asclepion appellatur: quoniam is filiam Panaceam appellauit. Virgil. 12. AEneid. odoriferam panaceam vocat.

V.42. Τίχῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὖπος πόντ.] Laudat Apollinẽ à multiplici & varia

plurimarum rerum cognitione: ab arte nimirum iaculandi, canendi, vaticinandi, medendi, pascendi pecudes, & vrbes cõdendi. Pind. 5. Hymno Pythiorum canit idem, Ὁ [Ἀπόλλων] καὶ βαρεᾶν νόσων Ἀκέσιαι' ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ νέμει' πόρεν τε κίθαριν Δίδαξέν τε μοῖσαν εἰς αὐτὸν. Id est, Qui & grauium morborum remedia viris & mulieribus contribuit, & dedit citharam, ac dat musicam quibus voluerit. Et apud Ouid. 1. Metam. de se inquit Apollo,

–per me quod eritque, fuitque,
Estque, patet: per me concordant carmina neruis.
Certa quidem nostra est, nostra tamen una sagitta
Certior, in uacuo quæ uulnera pectore fecit.
Inuentum medicina meum est, opiferque per orbem
Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis.

V. 45. Κείνου δὲ Θριαί.] Olim tres nymphæ, Apollinis nutrices, Parnassum incoluerunt, quæ Thriæ vocabantur. inde postea receptum est vt calculi sortésque diuinorum Thriæ dicerentur. Vide prouerb. apud Erasmum, Plures thriobolos, paucos est cernere vates.

V. 47. Φοῖβον, καὶ Νόμιον.] Apollinẽ Nomion (inquit Macrobius) cognominauerunt, non ex officio pastorali (vt fabula per quam fingitur Admeti regis pecora pauisse) sed quia sol pascit omnia, quæ terra progenerat. &c. Qua verò occasione Phœbus Admeti armenta pauerit, id declarat Orpheus in Argonaut. his versibus,

Ἄδμητος δ' αὖ ἔφικτο φεραιόθεν, ᾧ ποτὲ Παιὰν
Θητεύων ὑπάτοισι Διὸς δ' ἠλύθε μῆνις,
Οὕνεκά οἱ Κύκλωπας ἀμαιμακέτοισιν ἐϊσοῖς
Ἐν φθιτοῖσιν ἔπυξ', Ἀσκληπιοῖο ἕνεκα λώβης. Id est,
Venit & ipse Pheris Admetus, cui fuit olim
Seruus Apollo, grauem quando Iouis effugit iram,
Indomitis quoniam Cyclopes ille sagittis,
Asclepi vlciscẽs nati fera fata, necarat. Eadem de seipso fatetur Apollo apud Euripidẽ in prologo Alcestidis. Cæterùm ibidẽ boues nominantur, quas equas hoc loco dicit Callimachus: Ἐλάσσῃ δὲ γᾶμαι πλειὰς εὐουφόρους ἵππους. Ouid. similiter 2. Metam. boues appellat, *Dúmque amor est curæ, dum te tua fistula mulcet,* Incustoditæ Pylios memorantur in agros Proxssisse boues. Tibul. lib. 2, Eleg. 3, Pauit & Admeti tauros formosus Apollo. Apud eundem lib. 3, dicit ipse Apollo de se,

Me quondam Admeti niueas pauisse iuuencas,
Non est in uanum fabula ficta iocum. Hoc idem Horat. lib. 1. Carm. ode 10, refert. Pausaniæ quoque locum ex Achaicis adscribere placuit, vbi inquit, Delectatum verò Apollinem bobus, in hymno quem in Mercurium fecit, Alcæus docet, boues ereptas Apollini à Mercurio memorãs. Sed ante Alcæum versibus prodidit suis Homerus, certa mercede Laomedontis armenta Apollinem pauisse: idémque ita loquentem Neptunum fecit,

Ἦ ῥα ἐγὼ Τρώων πόλιν καὶ τεῖχος ἔδειμα
Εὐρύ τε καὶ μάλα καλόν, ἵν' ἄρρηκτος πόλις εἴη·
Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες. Id est,
Ipse ego Troianam vallabam mœnibus vrbem
Tam latis pulchrísque, vt inexpugnabilis esset:
At tu Phœbe boues camuras tunc pastor agebas. Quas autem ζευγηλὰς ἵππους Callimachus, aliíque boues dicunt ab Apolline pastas esse: easdem

in Pythiis oues nominat Pindarus,

Καὶ ἁγιὸν Ἀπόλλωνα, Et sacrum Apollinem,
Ἀνδράσι χάρμα φίλοις, Id est, Viris gaudium amicis,
Ἄγχιστον ἐπίουρα μήλων. Propinquum custodem ouium.

V. 48. Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσῷ.] Amphrysus Thessaliæ fluuius. Strabo lib. 9. Ad hunc fluuium pauisse Apollinem armenta, præter Callimachum, Virgil. etiã initio 3. Georg. & Luc. lib. 6. Phars. sic docet – *& flumine puro Irrigat Amphrysos famulantis pascua Phœbi.*

V. 55. Φοίβῳ δ' ἑταῖροι πόλιας.) Apollinẽ vrbibus condendis & delectari & multum valere, exemplis confirmat. Nam & templum atque aram ex cornibus in Delo construxit, & Batto opem tulit in Cyrena, Africæ vrbe, condenda. Idem cum Neptuno Troiæ muros excitauit, teste Pindaro in 8. Olymp. & Ouid. lib. 11. Metam. & in Epistola Paridis, *Ilion aspicies firmataq; turribus altis Mœnia, Apollineæ structa canore lyræ.* Idem Phœbus Megaram Alcathoo condidisse fertur à Theognide,

Φοῖβε αὔαξ, αἰπὺς μὲν ὑπέρχεται πόλιν ἄκρην,
Ἀλκαθόῳ Γέλοπος παιδὶ χαριζόμενος. De eadem re meminit Pausan. in Atticis, circa finem.

V. 59. Καλῇ τε Ὀρτυγίῃ.] Ortygia, eadem est insula quæ Delus alio nomine: de qua infrá. Cynthus eiusdem insulæ mons.

V. 62. –πῆξε δὲ βωμὸν ἐκ κεράων.] Ara in Delo cornea, inter septem mundi miracula celebrata, teste Plutarcho in libello de solertia animalium. Ouid. in Epistola Cydippes, de eadem, *Miror & innumeris structam de cornibus aram.*

V. 65. Φοῖβος καὶ Βαττίχιον.] Auspicio & ductu Apollinis Cyrenam à Batto conditam esse, vnanimi scriptorum consensu receptum est. Idem enim refert Pausan. in Laconicis, Strabo 17. Geogr. Herodot. in Melpom. Pindarus Hymno 4, & 5, Pyth. Plinius item, & Solinus: cuius verba ascribere libuit ex cap. 40. Polyhist. Syrtis (inquit) maior ostentat oppidum (Cyrenas vocant) quod Battus Lacedæmonius olympiade quinta & quadragesima, rege Martio res Romanas tenente, anno post Troiam captam quingentesimo octogesimo sexto, cõdidit. quæ domus Callimachi poetę patria fuit. Hæc ille. quæ si vera sunt, consentaneum est lapsum esse Plinium: qui lib. 19. cap. 3, oppidum Cyrenarum anno ab vrbe condita 143 extructum esse perhibet: quum anni quibus regno Ancus Martius præfuit, eousque non pertingant. Cœpit enim regnare Martius circa annum mundi 3525: anno ab vrbe condita 113. præfuitque imperio annis vigintiquatuor.

V. 66. –κέρεξ ἠνίκα λαῷ.] Theræi (vt inquit Herodotus) accepto oracului Apollinis, ἀλογίῃσι εἶχον τῷ χρηστηρίου, οὔτε Λιβύην εἰδότες ὅκου γῆς ἐστί, οὔτε τολμῶντες ἐς ἄφατον χρῆμα ἀποστέλλειν ἀποικίην. Id est, Pro nihilo habuerunt responsum, neque vbi terrarum Libya esset gnari, nec coloniam ex incerto oraculo mittere ausi. Itaque quum septem annorum famem perpessi fuissent, denuò cõsulto & accepto oraculo, duce Cretensi quodam Corobio, ad Platæã, insulam Libyæ, perueniunt. Hanc biennio incolentes, quum nihilo melius haberent, quòd oraculo nondum esset satisfactum, denuò miserunt Delphos legatos: qui Pythiæ responso accepto reuersi in Plataeam, migrarunt in locum Libyæ insulę oppositum, nomine Aziris tum, amœnissimis collibus vtrinque conclusum, & vtrinque flumine præterlabente. Herodot. ibidem. At Callimachus populi ducem in ista difficili migratione eorum fuisse dicit, qui Phœbi ductu colonis præcesserit: quemadmodum olim picus ex Sabino agro Picenis mi-

grantibus iter monstrauit: vt Strabo lib. 5. Geogr. docet, inquiens, ὥρμηνται δὲ ὁπὸ τῆς Σαβίνης οἱ Πικεντῖνοι, δρυοκολάπτου τινὸ ὁδὸν ἡγησαμένου τοῖς ἀρχηγέταις· ἀφ' οὗ καὶ τοῦνομα. Γίνεται γὰρ τὸν ὄρνιν τοῦτον ἐνομάζοιτο, καὶ νομίζοιτο Ἄρεος ἱερόν. Hæc ille. Sic Cadmum in Bœotiam bos deduxit. vide Ouid. 3. Metam. Pertinent huc fortasse quæ refert Ponticus Heraclides, de repub. Cyrenæorum, Ἀριστολάν δὲ βασιλεύοντος λθινὸς κόραξ ἐξεφάνη, ἐφὲ ἑῦ λόγιον ἰὼ χαλεπόν.

V. 69. —πολλοί σι Βοηδρόμιον.] Boedromius Apollo ab Athenienſibus cultus fuit, quaſi auxiliatorem dicas. in cuius honorem, teſte Suida, feſtum Boedromia iidem inſtituerunt: vnde & menſi Boedromioni nomen factū, quo Theſeus Amazones prælio vicit. Sic enim Plutarchus in vita Theſei, ἡ μὲν οὖν μάχη Βοηδρομιῶνος ἐνίστα μηνός· ἀφ' ἧς τὰ Βοηδρόμια μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι ἄγουσιν. Id eſt, Pugna menſe Boedromione commiſſa eſt: quo menſe etiamnum Athenienſes Boedromia celebrant. Thebis etiam Apollinis Boedromii ædem non procul à fano Dianæ Euclææ fuiſſe tradit Pauſan. in Bœot.

V. 70. Πολλοὶ δὲ Κλάριον.] Clarius Apollo dictus eſt à Claro, Ioniæ ciuitate, in qua nobile fuit illius delubrum. Claron, vrbem Colophoniorum fuiſſe, Pauſanias refert. Ante Colophonem Clarij Apollinis lucus fuit, in quo antiquitus oraculum erat: vt autor eſt Strabo lib. 14. Apud Corinthios etiam Clarij Apollinis ſimulacrum in communi omnium deorum templo fuiſſe, teſtatur Pauſanias in Corinthiacis.

V. 71. Αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον.] Originem huius cognomenti recitat Pauſan. in Laconicis: cuius hæc ſunt verba, Habuit quidem Carnæi Apollinis religio à Carno originem, qui patria fuit Acarnan, ab Apolline verò artem diuinandi didicit. Hunc enim Carnum quum interfeciſſet Hippotes Phylantis filius, iratus deus Dorienſium caſtra malè mulctauit. Hippota in capitis iudicium adducto, Dorienſes Acarnanem vatem ſtatuerunt ſacris & cæremoniis placandum. Græcus ſcholiaſtes non ab Hippota, ſed Alete quodam, interfectum eſſe Carnum annotat. Macrobius, ſuo more allegoriam connectens, Καρνεῖον appellatum ait, ὅτι καμόμενος ἐξάπτει νέος, quòd quum omnia ardentia cōfumantur, hic ſuo calore candens, ſemper nouus exiſtat.

V. 72. —ἐμοὶ πατρώϊον οὔπω.] Nam apud Cyrenæos, perinde vt apud Lacedæmonios, Carnæa in honorem Apollinis agebantur, vt mox patebit.

V. 72. Σπάρτη τε Καρνεῆτ.] Gradatione oſtendit, qua occaſione Carnæorum feſtiua & anniuerſaria ſolennitas à Lacedæmoniis ad Cyrenæos peruenerit: originem gentis ſuæ à Græcis prouenire commonſtraturus. Quòd autem primi omnium Lacedæmones Carnæum Apollinem coluerint, indicat eodem in loco Pauſanias: Carnæus (inquiens) quem appellant domeſticum, coli cœptus eſt apud Spartanos, antequam Herculis filii ab exilio redirent. Meminit Carnæorum & Herodotus in Vrania, Τοῖσι δὲ ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἅμα τε οὐδὲν Ὀλύμπια δὲ καὶ Κάρνεια παροιχώκεε ἤδη. Id eſt, Cæteris Peloponneſiis id nihil admodum curæ erat: & Olympia iam & Carnæa præterierant. Et Thucyd. lib. 6, τῷ δ' ὑπογινομένου χειμῶνος ἀρχομένου ἤδη, οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἐπειδὴ τὰ Κάρνεια ἤγαγον, ἐξεστράτευσαν. Iàm eſt, Initio ſtatim inſequentis hyemis, Lacedæmonii, peractis Carnæis, in expeditionem exierunt.

V. 73. Δεῦρο δὲ Θήρη.] Thera, inſula maris Ægei, vna Sporadum, inter Cyrenaicam & Cretam, à Membliaro, ſocio & conſanguineo Cadmi, condita, & initio Calliſte appellata, vt tradit Strabo lib. 8. Geograph. & Stephan. ἔνθεν πλέων. Poſtea Thera dicta à Thera Thebano, Autesionis filio, qui coloniam Lacedæmoniorum & Minyarum in eam deduxit: vt ibidem Strabo. Occaſio

easio quæ fuerit vt ista colonia ex Lacedæmone dueeretur, exponitur ab Herodoto in Melpomene. Pausanias in Achaicis, Vno seculo (inquit) priusquam Iones Athenis profieiscerentur (quod factum est circa annum mundi 2900) Lacedæmonios & Minyas è Lemno à Pelasgo eiectos, Theras Thebanus, Autesionis filius, in eam insulam deduxit, quæ quum antea Callistè appellaretur, ab eo Thera est vocata. Idem in Laeon. refert Theræos quotānis, etiam sua ætate, Theræ tanquam coloniæ conditori, parentare solitos. Pindarus quoque Pyth. 5 εἴδει, eiusdem coloniæ prolixè meminit. De eadem colonia Apollonius Rhodius in fine quarti libri Argon. quędam eeeinit.

V. 74. -ἕκτηρ ἥρως Οἰδιπόδαο.] Theras ab OEdipo sextus, à Cadmo verò decimus in prosapia fuit. Cadmi enim filius Polydorus fuit, huius Labdacus, huius Laius, huius OEdipus, huius Polyniees, huius Thersander, (cuius Pindarus 2. Olymp. εἴδει meminit) Thersandri Autesion, Autesionis Tisamenus, Tisameni Theras. Ab hoc ad Battum 17. generationes esse tradit Pindarus. Herodotus tamen Autesionem, non patrem sed filium Tisameni facit.

V. 75. -ἕκτη δέ τι Θήρης Οὖλος Αἰσυπίδης.] Tertiæ coloniæ, quæ ex Thera in Libyam ducta est, eonditorem & ducem Aristotelem eonstituit: qui idem eum Batto Polymnesti & Phronimæ filio, esse ereditur. quod, præter Callimachi scholiasten, etiam Pindari & Apollonii interpretes eonfirmant. Et Herodotus lib. 4, vbi hane coloniæ deductionem operosè persequitur, Battum non à parentibus, sed in Libya demum sic appellatū ait. Quin & ipse Pindarus 5 hymno Pythiorum, Aristotelē nominat, quē alii Battum. Pindaro & Herodoto astipulatur Heraclides, in lib. De rebuspub. euius hęc sunt verba, Κυρήνην ὦκισε Βάττος, ὃς ἐκαλέετο πρότερον Αἰσυπίδης. τῆς δὲ Πυθίας βάττον αὐτὸν εἰπούσης, ὄνομα τοῦτο ἔσχεν. Id est, Cyrenen Battus condidit, prius Aristoteles dictus, qui, quum à Pythia oraculum eireddente Battus esset appellatus, nomen id postea retinuit. Cyrenæi Delphis Batti statuam posuerunt in eurru, quòd is ex insula Thera eos in Afrieam deduxisset. Autor Pausan. in Phoeicis. Vide prouei biū, Batti silphium.

V. 76. -Ἀσβυστίδι πάρκτι γαίᾳ.] Herodot. lib. 4, Γιγαμίων, inquit, ἔχονται τῆς ἐσπέρης Ἀσβύσται. οὗτοι τὴν ὑπὲρ Κυρήνης οἰκέουσι. ὅδε μὲν θάλασσαν δὲ οὐ κατοικέουσι Ἀσβύσται. τὰ γὰρ παρὰ θάλασσαν Κυρηναῖοι νέμονται. Id est, Gigamis ab occidua parte eontigui sunt Asbystæ, qui supra Cyrenen ineolentes, ad mare non pertingunt. nam maritimam partem Cyrenæi tenent. Steph. De vrbibus, Ἀσβύστη, inquit, πόλις Λιβύης. καὶ ὁ πολίτης, Ἀσβύστης. Ibidem Callimachi versum de Tritone Libyea ex lib. 1 αἰτῶν adducit, Οἵη περ Τρίτωνες ἐφ' ὕδασιν Ἀσβύστεω. Id est, Et sola Asbystæ gelidas Tritonis ad vndas. Dionysius, Ἀσβύστῃ δ' ὀλίγη ζείει μεσόπειρος πλάξιπι.

V. 77. Δῆμα δέ οἱ μάλα καλὸν ἀείκπρον.] Templa à Batto Cyrenis fuisse extructa, & saera in honorem Apollinis instituta, testatum facit etiam Pindarus 5, Pyth. hymno.

V. 80. -σὺν δὲ βωμοὶ.] Non modò Batti eonditoris (qui fuit πύργος ἄστεος, ὕμμα τε φατρόπατον ξείνοισι) sed etiam posterorum & popularium suorum pietatem commendat, quos Apollinis altaribus assiduè operam dare & sacra offerre perhibet: ita vt foci perpetuo igne ealeant, nec vnquam hestema pruna in einerem abeat.

V. 85. -ὅτε ζωσῆρες Ἐνυοῦ.] Est πυρίχαπις armatorum virorum, qui vnà cum Libyeis mulieribus in Carnæorū festo ἔνοπλιον saltabant. Nā ethnieorū veterū solennia ferè omnia choreis & tripudiis peragebantur: sicut ex Ouidio, Pausania, & Luciano πυρὶ ὀρχήσεως, colligitur. Est autem Ἐνυώ, eadem quæ à Latinis

Bellona dicitur, dea belli & armorum, soror & coniunx Martis: per αἰπόφασιν sic vocata, quasi minimè ἥπιος (hoc est mitis) sit. De ritibus quibus deæ huic sacrificabatur, lege Tibullum lib. 1. eleg. 6. Ζωσῆρες autem ἀπὸ τῆ ζώννυσθαι (cingere) quod est arma induere: vt docet Pausan. in Bœoticis.

V. 88. Οἱ δ' οὕτω πηγῆς Κυρηνῆς.] Synæresis pro Κυρλώης. Videtur hoc loco nominis originem & causam reddere, quamobrem conditæ à Batto vrbi postea nomen Cyrene sit inditum, quum initio Zoa diceretur, teste Herodoto. Innuit autem nomen hoc à Cyrene, filia Hypsei, regis Lapitharum, desumptum: quam Apollo raptam amoris causa, è Thessalia in Libyam transtulit, regnãte in illis locis Eurypylo. Eo tempore quũ fortè leo Africam & in primis Cyrenaicam vastaret, præmium Eurypylus proposuit interfecti leonis, partem regni. quem quum sustulisset Cyrene, regnum accepit, vrbíque nomen fecit. Historiam ex Acestore repetitam vide apud Apollonii Rhodii interpretem, in librum 2. vide & apud Pindarum initio hymni noni Pyth. Fontem autem Cyrenes eũdem esse arbitror qui ab Herodoto fons Apollinis dicitur: quòd illic Apollo cum Cyrena suam habuerit consuetudinem. Nam illo in loco (vt idem docet) ciuitas Cyrene postremò condita est, quum prius Theræi coloni Aziristũ incoluissent, locũ Platææ (de qua suprà memini) è regione oppositũ.

V. 89. -πυκινὰ δὲ νάπαις ἄζιεν.] Herodotus ἄζιεν vrbem in continente fuisse refert, quam Cyrenæi tenuerint. Eadem & Ἄζιλις dicta est. Vtrunque nomen apud Stephanum legitur.

V. 91. Στὰς ὅθι Μυρτώσης] Stephanus, Μύρτουσα ὄρος Λιβύης. Apollon. Rhod. libro 2, Αἱ Λιβύῃ ἐπίμοιτο, παραὶ Μυρτώσιον αἶπος. Id est, Quæ prope Myrtoëa Libyam colere cacumen.

V. 92. Ὑψηὶς καπέφνε.] Cyrene Hypsei dicitur ab Hypseo patre, Ὃς Λαπιθᾶν ἐπερόπλων Τευταμίδαις ἐν βασιλεύς, Ἐξ ἀμιμονέος ἥρως, ἥρως Δόλοπος, vt de ipso canit Pindarus. Sed & Apollonii Rhodii interpres (cuius modò meminimus) hãc Cyrenen Hypsei filiam fuisse testatur: de Aristæo dicens, ὃς ἐν Κυρήνης τῆς Ὑψέως, καὶ Ἀπόλλωνος. Eos verò qui Penei filiam faciunt, ibidem reprehẽdit. Τινὲς δὲ, inquit, φασὶ τὸν Κυρλώης Πηνειοῦ θυγατέρα ἡμῖν δεῖν, κακῶς. Vnde constat non rectè scripsisse Bocatium lib. 7. Geneal. cap. 28: dum asserit Cyrenen Penei fuisse filiam.

V. 93. Οὐ κείνου χερὸν εἶδε.] Idem hymno eodem Apollinem Cyrenes fortitudinem admirari, & Chironem his verbis alloqui fingit,

Σεμνὸν ἄντρον Φιλλυρίδα		Venerabile antrum ô Phillyrida
Προλιπὼν, θυμὸν γυναικὸς		Relinquens, animum mulieris
Καὶ μεγάλαν δυνάσαν		Et magnam virtutem
Θαύμασον, οἷον ἀπαρβεῖ		Admirare, quale intrepido
Νεῖκος ἄγει κεφαλᾷ	Id est,	Certamen sustineat capite,
Μόχθου καθύπερθε νεᾶτις		Labore maius, etiam iuuenis
Ἧπαρ ἔχουσ' ἀφόβῳ		Pectus habens: nec metu
Δ' οὐ κεχίμασται φρένες.		Mentes eius fluctuant.

V. 95. Μνωΐλιος ἁρπακτῆρος ἀρπακτύος.] Raptum Cyrenes ab Apolline in Libyam translatæ, præter Pindarum etiam Diodorus Sicul. lib. 5. cap. 14. recitat. Eundem Apollonius Rhodius lib. 2. Argonaut. describit.

V. 97. -οὕνεκα δὴ τὸ Δελφὸς ἰή.] Sumpta occasione ab vsitato applausu, quò in sacris Apollinis populus acclamabat Io pæan, exponit originem eius consuetudinis, quam à Pythio Dracone, sagittis Apollinis confecto, exortã esse demonstrat. Vt autem huic loco aliquid lucis accedat, placet huc ea anno-

tare quæ apud Athenæum in fine libri vltimi Dipnosoph. de ea re leguntur. Sic enim Athenæus, Κλέαρχος ὁ Σολεύς, οὐδενὸς ὧν δεύτερος τῶν τοφῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν, ὁ τῷ δευτέρῳ παροιμιῶν, τὸν Λητὼ φησὶν ὁκ Χαλκίδος τῆς Εὐβοίας ἀγαγομένους εἰς Δελφοὺς Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν, ἡμέσαι τῷ δρόμῳ τὸ τῆς κλειδίτης Πύθωνος σπήλαιον· ἐν φερομένου τῷ Γύθωνος ἐπ' αὐτούς, ἡ Λητὼ τὴν παῖδα τὸν ἕτερον ἐν ἀγκάλαις ἔχουσα, προσβᾶσα τῷ λίθῳ (τοῦτο δὲ κεῖται ὑπὸ τῷ ποδὶ τῆς χαλκῆς εἰκάσμένης Λητοῦς· ὃ τῆς τότε πρᾶξεως μίμημα γενόμενον, ἀείκινητον ἐπὶ τοῦ πλατάνου ἐν Δελφοῖς) εἶπεν, Ἶε παῖ. τυχὸν δὲ πέτρα μιπρὰ χίσας ἔκειτο τὸν Ἀπόλλωνα. τοῦτο δέ ἐστιν ὡς αὐ εἶπε τις, ἄφιε παῖ, καὶ βάλε παῖ. διόπερ ἀπὸ τούτου λελάλῆσθαι φασὶ τὸ Ἶε παῖ, καὶ Ἶε παιών. Id est, Clearchus, nemini sapientissimi Aristotelis discipulorum secundus, in primo de prouerb. libro refert, Latonam, quum ex Chalcide Eubœæ ciuitate Apollinem ac Dianam in Delphos trãsportaret, iuxta specum in quo Pytho serpens latitabat, fortè præteriisse: cúmque is impetu quodam in illos ferretur, matrem alterum liberorum in vlnis gerentem, conscenso lapide (qui etiam sub pedibus signi Latones ex ære facti iacet, & rei gestæ quasi speciem & imaginem ostentans, iuxta platanum Delphicam positus est) inclamasse, Ie pæ. Quod est acsi quis diceret, Emitte fili, Iacularefili. Atque hoc dicto, Apollinem, qui tum fortè arcum gestabat, telum misisse. Inde vocem deflexã esse aiunt, vt diceretur, Ie pæ, & Ie pæon. Hęc Athenæus. Vide prouerbium Io pæan. Quomodo autem naturali ratione fabula hæc intelligenda sit, explicat Macrobius: à cuius sententia non abhorrent ea quæ apud Ouid. 1. Metam. leguntur. Strabo libro 9, Geograph. Pythonem, intolerabilem hominem, & latronem fuisse, cognomento Draconem, qui ab Apolline sublatus sit, eruditè ex Ephoro declarat.

V. 100. Πυθώ τε καπύτε.] Pytho & Pythea, vrbs Phocidis, alio nomine Delphi. Pausan. in Phocic. Interiecto (inquit) dein tempore vrbem ipsam non modò Delphos, sed etiam Pytho nominauerunt finitimi. Testantur id versus Homeri, de Phocensium delectu;

Οἱ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε πετήεσσαν. Id est,

Qui Cyparisson habent, & qui Pythona petrosam. Stephanus Pytho, Apollinis vrbem nominat.

V. 103. -λύσε δὲ μήτηρ Γείνατ' ἀκοντιστῆρα.] Lucan. lib. 5,

Vltor ibi expulsæ premeret quum uiscera partus
Matris, adhuc rudibus Pæan Pythona sagittis Explicuit.

V. 105. Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὖατα.] Epilogus, quo calumniis maledici cuiusdam (quem Apollonium Rhodium fuisse nonnulli iudicant) respondet: ipsam inuidiam αὐξηπκῶς eũ nominans. Fuerat autẽ Callimachus ab eo, quisquis ille inuidus fuerit, ob breuitatem carminis notatus, vt qui breues tãtùm hymnos & epigrammata posset ludere, non autem prolixam versuum Iliadem, aut ingens volumen: cuiusmodi est Nonni De rebus gestis Bacchi. Atqui delectatum esse breuitate Callimachum, tum ipse in Epigrammatis testatur, tum Athenæus in primordio libri 3. planum facit. Καλλίμαχος (inquiens) ὁ χαμμπκὸς τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἔλεγε τῷ μεγάλῳ κακῷ. Grauissimè enim Pindarus Pyth. ᾠδῇ primo, Καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν ῥήσεται σωπάσας Ἐν βραχεῖ, μείων ἐπὶ Μῶσος αἰδρώσων. ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει Λιανὴς ἁρμαξιᾶς ἀπάδειν. Id est, Si opportunè cecineris, multorum summas res gestas & virtutes complicans breuiter, minor sequitur reprehensio hominum. Nam prolixitas continua obtundit celeres mentes. Χαλεπὸς βαίνειν ἐπὶ πολλῆ, quemadmodum in prouerbio dicitur. Etenim Homerus ipse Menelaum hoc nomine commendat quòd παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως dixerit. Idem Thersitem ἀμέτρητα καὶ ἀκοσμοῦντα appellat, & lo-

quacitatis nomine reprehendit. Qua de re vide A. Gellium lib. 1. Noctium Attic. cap. 15. vbi multa in hanc sententiam adducuntur. Cautio tamen hîc quædam adhibenda, ne breuitas nimium sit concisa: ne, dum breuis esse laboras, obscurus fias. quemadmodum vetat Horatius. Nam (si Pindaro credendum) magnæ virtutes longam orationem desiderant: is verò qui de re ardua breuiter dicere constituit, sapientem auditorem requirit. Verba Pindari 9. Hymno Pyth. hæc sunt, Ἀρεταὶ δὲ αἰεὶ μεγάλαι πολύμυθοι. Βαιὰ δ' ἐν μακροῖσι πιτύλοισιν, ἀκοαὶ Σοφοῖς. Scitè enim Plato Antisthenem, qui differendo erat prolixior admonuit, ὅτι τῷ λόγῳ μέχρι ὤτων, οὐχ ὁ λέγων, ἀλλ' ὁ ἀκούων, id est, quòd orationis modus sit, non qui dicit, sed qui audit. Extant eadem de re Philemonis versiculi,

Τὸν μὴ λέγοντα πρὸς διδύοιν μηδὲν ἕν,
Μακρὸν νομίζω, κἂν δύο ἔπη συλλαβαί·
Τὸν δ' εὖ λέγοντα, μὴ νόμιζε τοῦτ' μακρόν,
Μηδ' ἂν σφόδρ' ἔπη πολλὰ, καὶ πολὺν χρόνον. &c.

Reliqua ad hanc quæstionem de breuitate pertinentia lege apud Plinium lib. 1. Epist. ad Cornelium Tacitum.

V. 106. Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδόν.] Græcus scholiastes annotat, Callimachum his maledictis coactum fuisse vt Hecalen, poema longum, conderet. De qua re Politian. in Miscell. cap. 25.

Ibidem. -ὅς οὐδ' ὅσα πίτνες.] Sententia ἐλεγειακὴ, quæ variè exponi potest. ὃς οὐ πόσα ἀείδει, ὅσα πίτνες φέροι αὖ, quæ pelagus immensum capere & ferre possit. Cuiusmodi est illa ὑπερβολὴ Homerica,

Ἔστι γὰρ ἀμφοτέροισιν ἐπίστια μυθήσασθαι
Γοσσὰ μάλ' οὐδ' αὖ νῶϊ ἑκατέρωθεν ἄχθος ἀροῖτο. Id est,
Quin tam multa licet conuicia dicere vtrisque,
Vt centum remis non portet pondera nauis. Vel sic intelligatur, ὅσα πίτνες, scilicet ἀείδει, hoc est ἰχεῖ: qui certè est πολύφλοισβος. Vel ὅσα πίτνες, scilicet ὕδατα σωρεύει, quot vndas mare profundit.

V. 108. Ἀσυφέος πταμοῖο μέγας ῥόος.] Comparatione venustissima maledici calumniam egregiè refellit. cuius hæc est sententia, Quemadmodum ingentes & copiosi fluuii aquarum bonitate non præstant paruis fontibus, qui eos limpiditate tantum antecedunt, quantum ab iisdem copia & exundantia superantur: sic neque operosum ac prolixum carmen breuia & rotunda vincit epigrammata, aut hymnos. Vt enim magni fluuii, qualis est Euphrates in Assyria, plus sordium & cœni voluunt, quàm liquidi & parui fonticuli: ita longa poemata plerunque pluribus scatent vitiis quàm succincta epigrammata & hymni. Proinde vt Melissæ non ex rapidis fluminibus, sed illimibus & viuis fontibus, aquam Cereri libant, sic ego Apollinem & cæteros deos non prægrandibus versuum commentis, sed rotundis & breuibus hymnis mihi placare studeo.

Ibidem. -μέγας ῥόος.] Euphratis periphrasis, qui maior est Tigride, sicut refert Strabo lib. 11. ἔτι δὲ μείζων ὁ Εὐφράτης, καὶ πλείω δεξάμενος χωρεῖ, σχολιῷ τῷ ῥείθρῳ. De eodem Lucanus lib. 3,

Quáque caput rapido tollit cum Tigride magnum
Euphrates: quos non diuersis fontibus edit Persis. &c.

V. 110. Δηοῖ δ' οὐκ ἀπὸ] Ceres Δηὼ Græcis dicta. de qua infrà.

Ibidem. -φορέουσι Μέλισσαι.] Qui apes interpretantur, lapsi sunt. Melissæ e-

nim dictæ sunt Cereris sacerdotes, vt docet Pindari Interpres 4. hymn. Pythiorum: vbi Μελίσσαν Δελφίδα pro sacerdote Pythia accipiendum demonstrat, Μελίσσας, inquit, ᾠείους μὲν τὰς τῆς Δήμητρος ἱερείας φασί· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰς πάσας, διὰ τὸ τῆ ζώου καθαρόν. Cum his consentit etiam Rhodiginus ille Cœlius, lib. 12. cap. 1. & lib. 22. cap. 3. inter cætera sic scribens, Cereris sacerdotes, Melissas, veteres appellarunt, quasi terrestris deæ mystidas. Plura Lil. Gyraldus Syntagm. 5. Hist. deorum.

ANNOTATIONES IN HYMNVM TERTIVM, qui est in DIANAM.

V. 1. Ἄρτεμιν.] Laudes Dianæ præsens hymnus complectitur, quam poeta à prima indole & ingenio castitatis laborumque amantissimo, à Iouis paterno in eam affectu, tum à studiis & rebus apud Cyclopas in Lipara, & Panem in Arcadia, passimque in venationibus, gestis: præterea à maiestate diuina, quam in reprobis puniendis declarat: à dignitate & excellentia: itémque à præcipuis locis in quibus colebatur, ac nymphis, quarum consuetudine in terris delectata est: postremò ab anathematis & templis in eiusdem honorem dedicatis, religiosè commendat.

Ibidem, Ἄρτεμιν.] Plato in Cratylo Ἄρτεμιν, διὰ τὸ ἀρτεμὲς, ab integritate, propter virginitatis studium, vocari tradit. Macrobius ad lunam respiciens, παρὰ τὸ τὸν αἰέρα τέμνειν. id est, quòd aerem suo fulgore intersecet, quasi αἰρομὶς, deducit: in fine lib. 7. Saturnalium. Vt autem omnia deorum nomina ad solem referri posse, idem autor lib. 1. Saturn. aliquot demonstrat capitibus: ita Apuleius lib. 11. De aureo Asino, omnium dearum nomina De natura intelligenda esse, sapienter docet. Ouidius 15. Metamorphos. lunam vocat nocturnam Dianam.

Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Esse potest unquam. semperque hodierna sequentæ,
Si crescat, minor est: maior, si conterahit orbem. Quò respiciens Euripides in Iphigenia Taurica, φωσφόρον θεὰν eandem appellat.

V. 5. Παῖς ἔτι κουρίζουσα.] Laudat initio Dianam à bona indole, quam in prima statim infantia, tanquam specimen futuræ vitæ, præ se tulerit. Solent enim plerunque in magnis & præclaris ingeniis, futurarum virtutum simulacra quædam in tenera etiam ætate apparere, & quasi fructus quidam suppullulascere: vnde facilè à prudentibus colligi potest, quæ messis expectanda sit. Nam studia (vt Cicero inquit) quæ sunt in adolescentia, tanquam in herbis, significant quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. Vide prouerb. Ante pilos prudens: & Ergini capilli.

V. 6. Δόξμοι παρθενίλω.] Vt prudentiorem quàm ætas tulerit, Dianam fuisse probet, decoram & congruam illi orationem affingit, qua Iouem ipsa, non de rebus ludicris, infantium more, sed arduis maximéque vtilibus, interpellat. Petit enim à Ioue, patre suo, virginitatem perpetuam cum æterna gloria & immortali fama coniunctam: deinde artem venandi vnà cum telis & habi-

tu venatorio: tum laborum & cursuum tolerantiam: præterea satellitium pedisse quarum & comitum: denique ius obtinendi omnes montes & syluas. Quæ quidem omnia de luna aptissimè intelligi possunt. hæc enim semper virgo est, quia eundem ætatis vigorem semper retinet, neque vnquam consenescit. Nam cœlestia corpora mutationis istam aleam & metamorphosin non experiuntur, quam res cæteræ caducæ, multisque corruptionibus obnoxiæ. Hæc eadem sagittas emittere, & feras venari dicitur: quia radiis suis per noctem dispersis hæc inferiora collustrat, & iisdem humorem & nascendi vigorem tribuit. Hæc ipsa laborum & cursus patientissima est: quia luna in sua periodo, quam velocissimè conficit, nunquam defatigatur. Hæc multis stipatur pedisse quis & nymphis, quia quum per noctem fulget, innumeris stellis vndique cincta est. Hæc denique, montium custos nemorúmque virgo est (vt ab Horatio dicitur) quia quum oritur, ex montibus cõscendere, quum occidit, in eosdem descendere nobis videtur. Plura ex Cicerone, paulo post. Cæterùm cum his quæ de virginitate & studiis Dianæ dicuntur hoc in loco, Camillæ Virgilianæ descriptio conferatur, quæ lib. 11, AEneid. ad huius loci imitationem expressa continetur.

Ibidem. -παρθενίλω αἰόνιον.] Homerus in hymno Veneris,

Οὐδέποτ' Ἀρτέμιδα χρυσηλάκατον κελαδεινὴν
Δάμασεν ἐν φιλότητι φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη.
Καὶ γὰρ τῇ ἄδε πάξα, καὶ οὔρεσι θῆρας ἐναίρειν,
Φόρμιγξ τε, χοροί τε, διαπρύσιοί τ' ὀλολυγαί,
Ἄλσεά τε σκιόεντα, δίκαιόν τε πτόλις ἀνδρῶν. Id est,

Auricomam nunquam superauit amore Dianam
Luxuriosa Venus, risu comitata iocoso.
Nanque arcus illi & cædes placuere ferarum,
Et citharæ, facilésque chori, celebréque vlulatus,
Et luci vmbrosi, iustorum & tecta virorum.

V. 9. -ἰωὶ Κύκλωπες.] Quicquid vehementer munitum robustúmque esse, nec vlla vi rumpi posse, poetæ ostendere volunt, id Cyclopum manibus constructum dicere consueuerunt. Sic vrbs Tiryns, Cyclopum opus fuisse dicta, cuius muri (teste Pausania in Corinth.) è rudibus extructi erant lapidibus, quorum singuli ea fuerunt magnitudine, vt ne minimus quidem eorum bigis iumentorum moueri loco potuerit. Sic Argiuorum mœnia manibus fabricata Cyclopum Statius prodidit. Sic turris in qua Danae inclusa fuit, à Cyclopibus facta dicitur. Sic mœnia campi Elysii Cyclopum educta caminis, Virgilius refert. Sic arma Achillis & AEneæ, inuictorum heroum, labores Cyclopum esse feruntur. Sic denique iidem -Ζηνὶ πρηστῆρ' ἔδοσαν, πῦξαί περαυνόν. id est, -fulménque dedêre Ioui, tonitrúque pararunt.

V. 15. Ἀμνισίδας ἔκπεμπε νύμφας.] Amnisus, Cretæ fluuius, à quo nymphæ Cretenses dictæ sunt Amnisides. At Stephanus ciuitatem Cretæ facit, cuius nymphæ, Amnisiades & Amnisides dicuntur. Strabo lib. 10, Amnisum Minoiæ emporium fuisse prodit, vbi fanum Lucinæ fuerit. Pausan. in Atticis. Cretenses (ait) incolæ Gnosiæ regionis, ad Amnisum Lucinam genitam putant, & Iunonis filiam fuisse.

V. 16. Ἀπήμοι ἐνδρομίδας.] Endromis apud Iuuenalé Satyra 3, vestis est crassiore lana, longioréque pilo: qua antiqui ad arcendum frigus & pluuias vtebantur. Huius descriptionem habes apud Martialem lib. 4. Epigramm.

V. 21. Μοῦνον ὅτ' ὀξείησιν.] Dianam parturientibus opitulari, Horatius quo-

que 3. Carm. lib. teſtatur. Idipſum in Carm. ſeculari docet. Marc. Tullius lib. 2, De natura deorum, de eadem hęc perhibet. Itaq; vt apud Græcos Dianam atq; Luciferam, ſic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadē Diana omniuaga dicitur, non à venando, ſed quòd in ſeptem numeratur tanquā vagantibus. Adhibetur autem ad partus (vt ibidem Cicero) quòd ii matureſcunt aut ſeptem nonnunquam, aut plerunque nouem lunæ curſibus: qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur. Vide & Pindarum Ode 7, Nem. Εἰλείθυια πάρεδρος Μοιρᾶν βαθυφρόνων, &c.

V. 22. -καλέουσι βοηδόον.] Orpheus in thymiamate Lucinæ,

Μειλίω γάρ σι καλοῦσι λιχοὶ ψυχᾶς αἰάπαυμα·
Ἐν γάρ τοι τοκετῶν λιστήμονες εἰσὶν ἀϋτάι. Id eſt,

Nempe vocant grauidę ſua te ſolatia ſolam.
Sola potes ſiquidem partus releuare dolores. Et apud Theocritum Idyllio 17, de Berenice, matre Philadelphi,

Ἔνθα γὰρ Εἰλείθυιαν ἐλώσατο λισίζωνον
Ἀντιγόνας δυσάτηρ, βαρυπενθέα ὠδίνεσσαν·
Ἢ δὲ οἱ ἀμφέπουσα πεῖσεν. Id eſt,

Nanque ibi Lucinam ſoluentem filia zonam
Antigones, partus oppreſſa dolore, vocauit:
Quæ prompta auxilium tulit illi. Nominis cauſam Ouid. 2. Faſt. reddit.

V. 24. Ὅππι μιν καὶ τίκτουσα.] Quomodo (inquies) Latona Dianam ſine dolore peperit, quū ſequenti hymno Aſterie ſororem πάμπαν ἐπ' ὠδῖνεσσι βαρυπενθέϊ ὀρούσας introducatur? Dicendum fortaſſe, illos dolores ab Apolline duntaxat proueniſſe. Nam eodem hymno Latona ἔπποι ἀλυσθμαίνουσα, τί μιπτὲς κοῦρι βαρυίους;

V. 26. -ψυχάδος ἥλιε παῖδος.] Lucianus in lib. De ſacrificiis, ſolum Iouem ex omnibus diis barbatum fingi ſcribit.

V. 29. -ὅππως τοιοῦτα θύγατερ Τίκτειν.] Plena affectus paterni ac ſummæ beneuolentiæ reſponſio, qua multo plura in filiam beneficia profundit Iupiter, quàm illa vel petere vel etiam ſperare potuiſſet. Gratulatur autem ſibi de tali, támque induſtria ac ſolerti filia, ex adulterio ſuſcepta: quod quum illi hactenus plerunque bene ceſſerit, Iunoni æmulæ coniugi animoſè inſultat.

V. 30. -ζηλήμονος Ἥρης.] Qua ira in Latonam & alias Iouis pellices Iuno graſſata ſit, ex ſequenti hymno intelligetur.

V. 31. -φέρθυμός ἐσσ' ἐλαφηβόλε Λητοΐδη.] Eadem φιλοπαιᾳ καὶ φιλοτέκνῳ liberalitate erga Phaethontem vſus eſſe Apollo fingitur apud Ouidium 2. Metamorphoſ. - *quoduis pete munus, & illud Me tribuente feres.* Eſt elegās & apud Euripidem in Iphigenia Aulid. locus, in quo ſuauiſsima colloquia, & colluſiones parentum cum liberis, in prima infantia fieri ſolitę, delincantur. Πρώτιστα μ' ἐκάλεσε πατὴρ ἐμὸς καὶ σὺ παῖδ' ἐμέ· Πρώτη δὲ γενείων σοῖσι σώμασιν δοὺς ἐμοὶ, Φίλας χάριτας ἔδωκε, καὶ πολὺ ξάμιλλα. Cætera ibi vide.

V. 33. Τεὶς δίκα τοι πολίσθρα.] A multitudine vrbium, in quibus colebatur, πολίπολις dicta eſt Diana. Fuēre tales ciuitates, Perga in Pamphylia, Tauri in Scythia, Aulis in Bœotia, Pitane in AEolide, Miletus, Epheſus, Cheſium in Ionia, Pelle & Patra in Achaia, Caſtabala in Cilicia: & complures aliæ, quarū paſsim in Strabone & Pauſania fit mentio.

V. 37. -νήσους π.] Ve ſunt, Chius, Epheſus, Creta, Siphnus, AEgina, Icarus, & quam (autore Callimacho) præ reliquis amauit, Doliche.

V. 38. -καὶ λιμὴν ἀγχιαλὴς] Panagæa Diana apud Eraſmum prouerbialiter de

errabundo dicitur. Est etiam ὠοδία cognòmentum Dianæ.

V. 41. Λάυκοι ὄτι Κρήτης ὄρος.] Montes Cretæ albos (λάυκους) appellari autor est Ptolemæus, & Plinius lib. 31. cap. 3. Idipsum & Solinus planum facit.

V. 44. Χάρις δὲ Καίρατος.] Strabo lib. 10, Cnossium refert priscis temporibus Ceratum, à præterlabentis fluuii nomine, dictum esse. Verba eius hæc sunt, ὠκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσὸς Κέρατος πρότερον, ὁμώνυμος τῷ παρρέοντι ποταμῷ. Eustathius in Dionysium, καὶ Κνωσὸς, βασίλειον Μίνωος, ἥτις καὶ Κέρατος (vitiosè opinor pro Κέρατος) ἐκαλεῖτο, ὁμωνύμου τῷ ποταμῷ νῦν παρεϊόντι. Vtranque hanc lectionẽ, mendosam, & ex hoc Callimachi loco emendandam esse censeo. Nam & Virgil. in Ciri primam ac secundam huius dictionis producit, *Carpathium fugiens & flumina Ceratea.*

V. 47. Νήσῳ ἐν Αἰπάρῃ.] Cum his quæ de Lipara hîc dicuntur, ea consentiunt quæ Plinius lib. 3. cap. 9. refert, Lipara (inquiens) cum ciuium Romanorum oppido, dicta à Liparo rege, qui successit AEtlo: antea Melegonis vel Meleogunis vocitata. Idem scribit Steph. De vrbibus, vbi & hos Callimachi versus testimonii loco adducit. Eustathiùs in Dionysiùm, à Liparo, Ausonis filio, nomen accepisse, & Cnidiorum cõloniã esse perhibet. Plura de Lipara lege apud Diodor. Sicul. lib. 6. cap. 3. apud Solinum, cap. 12 in Polyhist. & Pausan. in Phocicis. Est autem Lipara insula vna ex AEoliis in mari Tyrrheno, inter Italiam & Siciliam. Dionysius De situ orbis, Ἑπτὰ δὲ οἱ πάγ' εἰσὶν ἐπώνυμοι αἰθέρι πηγαί, Οὐνέκα μέσσην ἔχουσι πρόσπλοον ἀμφιλύκοιο. Inter hanc (inquit Plinius) & Siciliam, altera Lipara, antea Therasia appellata, nunc Hiera: quia sacra Vulcano est, colle in ea nocturnas euomente flammas.

V. 49. Ἑστάσας πρὸς μόδιον.] Locum hunc de officina & operibus fabrilibus Cyclopum, feliciss imè imitatus est Virgil. lib. 4. Georg. & lib. 8. AEneid. Cyclopum verò mores barbaros & immanes idem poeta 3. AEneid. ex 10. Odysseæ Homericæ libro, itémque Euripid. in Cyclope, luculenter expressêrunt.

V. 52. -πᾶσι δ' ἐπ' ὀφρύσι Φάεα.] Hesiodus in Theogonia,

Μούνου δ' ὀφθαλμὸς μέσσῳ ἐνέκειτο μετώπῳ.
Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμοι, οὕνεκ' ἄρα σφέων
Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἔην ἐνὶ μετώπῳ. Id est,

Promicat his lumen mediis in frontibus vnum,
Vnde illi cognomen habent: in fronte quòd ingens,
Vnus inẽst oculus, lati ceu circulus orbis.

Virgil. 3. AEneid. *-telo lumen terebramus acuto,*
Ingens, quod torua solum sub fronte latebat,
Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis instar.

V. 57. Αὖτε δὲ Τειναχείη.] De AEtna Trinacria, & Corsica, suo loco.

V. 59. Εὖθ' οἵγε ῥαιστῆας.] Hypotyposis, qua fabros, operas suas exercentes, graphicè depingit. Sunt enim versus hi tam artificiosè facti, vt sonitum malleorum, & rotarum quibus canthi inducebãtur, auribus repræsentare videantur. Eos Virgil. sic transtulit,

Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum: versãtque tenaci forcipe ferrum. Huiusmodi est & ille Homericus de Sisypho saxum voluente venustus locus,

Ἧπι' ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε
Λᾶαν ἄνω ὤθισκε πρὸς λόφον· ἀλλ' ὅτε μέλλοι
Ἄκρον ὑπερβαλέειν, τότ' ἀποτρόπαδον κρατέεσκε
ἶς·

Αὖτις

Αὖτις ἔπιτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας αἰπὺς.

Verti iam olim sic,

Ille quidem manibus pedibúsque innixus agebat
Saxum ingens sursum: sed quando in vertice summo
Iam stabat, valida retrò vi desuper actum,
Rursus ad arua deinde reuoluitur intima saxum.

V.68. Ἄργης, Στερόπης.] Nomina Cyclopum sunt, Arges, Steropes, & Brõtes. quibus additur à Virgilio Pyracmon. quem Ouid. 4. Fast. Acmonidem vocat.

V.75. Βρόντης τε στεροπῆς.] Laudem hæc habent magnanimitatis & fortitudinis. Quum enim virgineus & muliebris sexus ab hirsutis & atratis fabris atque Vulcanis abhorreat, & eorum conspectum defugiat: Diana horridi & rigidi Brontæ consuetudinem adeò non reformidauit, vt etiam genibus eius insederit, & pilos è pectore euulserit. quod à signo probat, & simili illustrat.

V.79. -κέμαλε ἐπινέμεται ἀλώπηξ.] Ponitur ἀλώπηξ per enallagen pro ἀλωπεκία. Est autem alopecia, morbus seu vitium capitis, quo pili defluunt: per metaphoram à vulpe, quæ vbi minxerit, locum sterilem facit: ita vt herba illic nasci non possit, aut, si qua nata fuerit, illam exiccat. Remedia huius morbi recitat Plinius lib. 29. cap. 6. Et alibi sæpius meminit.

V.81. Κύκλωπες, ἵνα μοι τ.] Petit à Cyclopibus arcum, pharetram, & sagittas, ductis rationibus ab honesto & vtili.

Ibidem. -Κυδώνιον ἰὸν ἀγαπάξω.] Spicula Cydonica etiam à Virgilio in Eclogis ὁπλοτικῶς appellantur, à Cydone vrbe Cretæ, de qua in primo hymno. Primam Cretam mari, nauibus & sagittis potuisse, refert Solinus cap. 17. Luc. lib. 7, Phars. –

Illuc & Libye Numidas, & Creta Cydonas
Misit, Iturææ cursus fuit inde sagittis.

V.84. -μόνιον δάκος.] Scholiastes μόνιον interpretatur quasi κατὰ μόνας τεμόμενον, feram in solitudine errantem. Μονιὸς porcum syluestrem significat. Est etiam Mona Britanniæ finitima insula, teste Plinio lib. 2. cap. 73. à qua Μόνιος, Monius, denominatiuum. Est autem synecdoche, δάκος pro θηρίον.

V.88. Ἀρκαδικὸν ὄπα Παιόν.] Pan, Deus Arcadiæ, cui in monte Lycæo templum, lucum & hippodromum dicatum fuisse, Pausan. in Arcad. tradit. Ouidius 2. Fast.

Pana deum uetères pecudis oluisse feruntur
Arcades: Arcadius plurimus ille iugis. Eundem venatorem fuisse, & à venatoribus cultum, Theocritus primo & septimo Idylliis docet.

V.90. Τὸν αἰ' ὀ ῥιειπῆτα.] Epitheton Panos, ἀπὸ τῆ ῥιός, à barba caprina: quam Latini aruncum appellãt. Pingebatur item & sculpebatur Pan facie caprina, & hirci cruribus, autore Herodoto in Euterpe.

V. 90. -κύνας ἡμιν πηγεῖ.] Diuersicolores canes generosos & bonos esse, etiam Xenophon in Cyneget. indicat.

V.91. Τρῆς δὲ παρουσίους.] Xenophon ibidem vult nobilem & præstantem canem venaticum, inter cętera habere ὦτα μακρὰ, λεπτὰ, ψιλὰ ὑπόστιν, aures breues ac tenues, & posteriori parte glabras.

Ibidem. -οἵ ῥα λέοντας.] Hyperbolica roboris canini amplificatio. Homerus de Argo, cane Vlyssis, Odyss. ρ,

Οὐδὲ λύθρον π φύγεσκε βαθείης βέτρηνι ὕλης
Κυδάλιμον, ὅ, τι ἴδοιτο. καὶ ἴχνιον ὃ πεπόδη. Id est,

Nulla fera illius, lustris quam viderat imis,
Effugit cursus, vestigia nota sequentes.

V.94. -κυνοσυρείδας.] Cynosura autore Stephano promontorium Arcadiæ, à Cynosuro Mercurii filio. Hinc Κυνοσουρεὺς & Κυνοσυρεῖς.

V.95. -καὶ οὐ μίσπα λαγφον.] Leporem patentibus genis dormire, cùm alii, tum Plinius lib.19.cap.37. tradit. Vide prouerb. Lepus dormiens. AElianus item naturale refert huic animali esse, vt patentibus oculis somnum capiat. Qua de causa à Nicandro ἀφυπνὸς (quasi apertis oculis dormiens) cognominatur, in Alexiph. Oppianus in Cyneg. ἀχυπνίαν, insomniam, illis tribuit.

Αὐτὰρ ἐείγληνοι χαροπὴν ὑπαπάτοισιν ὀπωπὴν
Καρδὸν ἀχυπνίῃ κυκαρυθμίζον. Id est,
His oculi fulgent in glauca fronte coruſci
Peruigili muniti hirquo.

V.96. -ὕσπιχες ἔνθα καλιαί.] De Hystrice Plin.lib.8 cap 35. Oppianus lib.3, Ὑσπίγων δ' οὔπω τι πέλει χθὼν δάσκιον ὕλην Ῥίγιον εἰσιδέειν. Id est, Hystrice nil syluis visu magis horret opacis. Sunt autem ζόρκες, eædem quæ δορκάδες: quarum descriptionem vide apud eundem Oppianum lib.2. Cyneg.

V.101. -μελαυφὴς Ἀναύρου.] Anaurus Thessaliæ fluuius, è Pelio monte oriens. Cuius etymologia vt Lucan.lib.6. Pharsalæ affert,

Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aera, nec uentos tenues suspirat Anaurus.

V.107. Τὼ δὲ μίαν, Κελάδοντος ὑφ' ὑπ.] Celadon, Arcadiæ fluuius, qui Thisoæ ĕsem agrum præterlabitur. A Pausania Celadus vocatur, in Arcad. Strabo in Alpheum influere autor est. Eius meminit Homerus Iliad.π. Ceruæ autem huius descriptionem habes apud Euripidem in Hercule. & Pind.3. ὠδὴ Olymp. Euripides vocat Χρυσόκερων ἔχουσαν δόρκαδ', ποικιλόνωτον, συλήσω ἔχουσ' ἀγέλας. id est, aurea cornua habentem capream, diuersicolorem, & vastatricem agrorum. De eadem Virgil.in 6. AEneid. *Fixerit æripedem æruam licet.* Pindari scholiastes annotat, ὅτι ὑπομιλῶς οἱ ποιηταὶ τὼ θήλειαν ἕλαφον κέρατα ἔχουσαν εἰσάγουσι. id est, Quòd studiosè introducant poetæ ceruam fœminam gestare cornua: idque exemplo eius ceruæ quæ Telephum nutriit: & testimonio Anacreontis confirmat. At constat inter omnes, cerui fœminam non habere cornua. Cuius rei causam affert Atistot.lib.3. de partib. animal.cap.2.

V.108. Ἥρης αἰτείσαντι.] Pindarus (vt antè patuit) Taygetæ opera hanc ceruam conseruatam fuisse & Dianæ consecratam refert. Scholiastes quoque annotat ibidem, ceruę collo. postquam ab Hercule tradita fuisset Eurystheo, inscriptum fuisse, Ταϋγέτη ἱερὸν ἀνέθηκαν. id. est, Taygeta consecrauit. De odio in se Iunonis Hercules apud Ouid. inquit, *-defessa iubendo est Sæua Iouis coniunx: ego sum indefessus agendo.*

Ibidem. -ἀέθλιον Ἡρακλῆϊ.] Occasionem cerui huius occidēdi præbuit Herculi Eurystheus, rex Mycenarum, qui Iunonis instinctu, vt Herculem tolleret, variis eum monstris obiecit, & periculosissimis laboribus exercuit: vt Pindarus ibidem prodit. Sed πρὸς θεῶν τιν' (quemadmodum Iris apud Euripidem ait) ἐξέσωζεν· οὐδ' ἔα πατὴρ Ζεὺς τὸν κακῶς δρᾶν. id est, Fatum eum conseruabat, nec pater Iupiter affligi eum patiebatur. Nā Eurysthei laboribus defunctus & cōseruatus est. Hunc Eurystheū Iolaus Herculis comes interfecit, testante Paus. in fine Attic. Qua cæde perpetrata Heraclidę Hyllo duce in Peloponnesum descenderunt. Sed quum Hyllus singulari certamine ab Echemo Arcade, AEropi filio, occisus esset, excesserunt Heraclidæ Peloponneso, & inter centum

annos non esse se redituros promiserunt. Herodot. in Calliope, & Pausan. in Attic. De hoc & aliis laboribus Herculis vide Ouid. 9. Metamorph. & Epist. Deianirae: item Theocritum Idyll. 31, & 32. Pind. in Nem. Virgil. AEneid. 8. Euripid. in Hercule furente, Senecam in Hercule OEtaeo, Propertium lib. 4, eleg. 10. Diodorum Sicul. lib. 5. cap. 2. Herodot. lib. 2.

V. 109. -πάγος Κερυνείος.] Cerynaea, Arcadiae mons, è quo Cerynates amnis profluit, teste Pausan. in Achaic. Seruius in Comment. 6. AEneid. Cerynitim cer uam à loco dictã esse perhibet. Alii in Menalo, Ouid. in Parthenio interemptam scribit.

V. 110. Κέρμα παρθενίη, πτανοκτόνε.] Horum aliorúmque Dianae cognominũ & epithetorum significationes, origines & etymologias studiosè & accuratè explicat Lil. Gyrald. Syntag. 12. Vocat autem πτανοκτόνον, quia Tityus Iouis & Elarae filius, teste Apollonio Argon. 1, quum Iunonis instinctu Latonam de stupro solicitasset, & iam illi vim pararet, Dianae sagittis interemptus est, & à Ioue in Tartara abiectus: vbi iecur eius à vulture corroditur. Vide Pindarum 4. ὠδῇ Pythiorum. Cruciatum Tityi Homerus Odyss. 11. & eundem imitatus Virgil. lib. 6. AEneid. expressêre.

Ibidem. -χρυσεαν μάσσι.] Habitum & currum Dianae describit, vt maiestatem & diuinam eius potentiam adumbret, quae non impertinenter de aureo lunae colore, & velocitate cursus, intelligi possunt. Sed ad reliqua pergẽdum, ne facilibus immorantes, nodum in scirpo quaerere videamur.

V. 114. Αἶμα ὅθι Θρῄκιον.] A rebus gestis Dianam laudat. AEmus mons Thraciae vasto iugo proscendens in portum, Plin. lib. 4. cap. 11. Thraciam verò asperam & ventosam esse etiam Homerus innuit, quum ait,

Βορέης καὶ Ζέφυρος, τὼ πνοιὴν Θρηικόθεν ἄντην. Id est,

Cum Borea Zephyrus, qui flant à littore Thracum.

Theocritus,

Εἶης δ' Ἡδωνῶν μὲν ἐν οὔρεσι, χίμαπι μέσσῳ,
Ἐσχατιὰ παρ ποταμὸν, πεφαμένος ἐγγύθι Βρέκτου. Id est,

Montibus Edonum, mediae sub frigora brumae,
Iuxta Hebrum iaceas, gelidam conuersus ad arctum. Idyll. 7.

V. 116. Πεύκη δ' ἔπαμος πύλαις;] Pinus Dianae sacra est, propter temperamentũ quod cum luna commune habere creditur. Horat. 3. Carm.

Imminens villae tua pinus esto.

V. 122. Ἀλλά μοι εἰς ἀΐδηλον.] Mea quidẽ sentẽtia, de Lacerea vrbe Thessaliae, patria Coronidis & AEsculapii, loquitur. Quae quomodo à Diana deleta sit docet Pindarus 3. Pyth. hymno. Sed siue de hac, siue de Thebis, siue de Calydone hoc intelligas, nihil erit absurdi. vtramque enim harũ, vt & Laceream, causa impietatis & superbiae, malè à Diana mulctatam esse constat. Siue etiã de quacunque alia. Hinc illud Theognidis,

Ὑβρεις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσε, καὶ Κολοφῶνα,
Καὶ Σμύρνιον. πάντως Κύρνε καὶ ὑμμας ὀλεῖ. Id est,

Perdidit & fastus Magnetes, & Colophonem,
Et Smyrnam: perdet vos quoque Cyrne malos.

V. 125 Κλωσά φιν λοιμὸς κατεδοκείτας.] Calamitatum enumeratio: vt sunt, pestis, fames, bellum, & abortus fœminarũ, seu orbitas liberorum: quas omnes profanis & impiis comminatur. Non dissimiles sunt comminationes apud Mosen, Deut. 28. impiis propositae, & postea à Prophetis sæpe repetitae. Pertinent huc & illi Hesiodi versiculi (quos imitatus esse Callimachus videtur)

Οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε κακὴ καὶ ἔργα θέτλια ἔρδει,
Τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τανύσσεται εὐρύοπα Ζεύς·
Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπαυρεῖ,
Ὅστις ἁλιτραίνει καὶ ἀπάσσαλα μηχανάαται.
Τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπάγει πῆμα Κρονίων,
Λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν· ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί.
Οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν, μινύθουσι δὲ οἶκοι,
Ζηνὸς φρασσαμένοιο μετώπισθεν ὀλυμπίου. Id est,

At quibus est cum vi coniuncta superbia cordi,
Iuppiter his cælo pœnas immittit ab alto:
Sæpius & noxam populus luit vnius omnis,
Qui temerè peccat, res molitúrque nefandas.
His deus immensas demittit ab æthere clades,
Pestem, atrámque famem: populi hinc moriuntur egeni.
Fœmina nulla parit, pereunt cum matre penates,
Sic rectore volente Deo. Descriptionem autem pestis vide apud Ouid. 7. Metam.

Ibidem. -ἔργα δὲ πάσχει.] Comminatio famis. Nam vbi oues furto, morbo periere capellæ, Spem mentita seges, bos est enectus arando, famem sequi necessum est. Proinde Horatius rusticum ad pietatem & sacrificia exhortatur, ne calamitates istas experiatur: in ode cuius initium, *Cælo supinas si tuleris manus, Nascentem lunam, rustica Phidile.*

V. 126. Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' ἡβήσι.] Bellicas clades signo denunciat. sicut Crœsus Cyro respondit, in pace parentes à liberis, in bello liberos à parentibus sepeliri.

V. 129. Οὓς δ' ἂν ἀμείδῃς τε καὶ] Vt pœnas & calamitates profanis & improbis minatur, sic præmia & commoda pietatis cultoribus promittit, vberē rerum omnium prouentum, vitam longæuam, & pacem domesticam: quæ per ἀπόδοσιν prioribus calamitatibus opponit.

V. 133. Οὐδὲ δίχοσταίη πρώϊμος γάμος.] Concordia domestica præsertim inter coniuges, maximum præbet commodum. Vnde Homericus Vlysses,

—οὐ μὰν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρειον,
Ἢ ὅτ' ἐμφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
Ἀνὴρ ἠδὲ γυνή· πολλ' ἄλγεα δυσμενέεσσιν,
Χάρματα δ' ἀμφιάσιν· μάλιστα δέ τ' ἔκλυον αὐτοί. Id est,

Nil aliud melius, non est consultius vllum,
Quàm si concordes sub eodem fœmina tecto
Virque habitent. mœstum fert inuidus inde dolorem:
Lætatur sed quisque bonus, lætantur & ipsi. Et Medea apud tragicum,

Ἥκιστα μεγίστη γίγνεται σωτηρία,
Ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ δίχοστατῇ. Id est,

Hæc maxima est mortalium vitæ salus,
Quum bene marito cum vxore sua conuenit.

Ibidem. -ἤπι καὶ δῦ πόρε Οἶκος ἐπηώτας ἐόντας.] Scitum est illud Sallustii, Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Verè enim Antisthenes dixit, fratrum inter se concordiam quouis muro esse firmius munimentum. Et Seuerus imperator opulentiam regni sui ac propè inuictam potentiam filiis suis, qui mutuis diffidebant odiis, commendans, οὐδὲν ὄφελος ἔφασκεν πάντων ἔχειν, σπαράττοντων πρὸς ἀλλήλους, εἰ τὸ πολέμιον ἔνδον ἦν. nullū aiebat ex his omnibus

emolumentum ad eos rediturum, ipsis mutuò dissentientibus, & bellū domi intestinum gerentibus. Herodian. lib. 3. Apud Pindarum etiam huc pertinent illa Iasonis, Μοῖραι δ' ἀφίσαντ' ἔτις ἔχθεα πλειόμορος. Rectè hæc quidem & pulchrè dicuntur, sed interim fratrum gratia rara est. Et ne longè factorum exempla petantur, *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.* De Heraclidarum posteris refert Pausanias in Laconicis, quòd nulla vnquam ætate aut patrueles cum patruelibus, aut eorum inter se liberos, ac omnes deinceps posteros æquo iure vixisse contigerit.

V. 135. Εἰνάτηρες γαλόω π.] Εἰνάτηρ & γάλως correlatiua sunt. Est enim εἰνάτηρ vxor fratris, quæ vno nomine fratria dicitur: γάλως autem, glos, vt ipsa indicat agnominatio, quæ est soror mariti. Sic Andromache fratria est Cassandræ, Cassandra autem glos Andromaches. Inter has porrò rarissimè conuenit: quemadmodum nec inter socrus & nurus: quoniam in animo omnes socrus oderunt nurus, vt est apud Comicum. Proinde singulare Dei beneficium esse poeta agnoscit, quando inter affines & cognatos, fratrias, & glores, soceros & generos, nurus & socrus, mutua animorum coniunctio intercedit.

V. 136. Πόττια, τῷ ἔπι.] Est ἄχη, qua optat sibi concordes & synceros amicos, non fucatos, qui aliud loquuntur & aliud sentiunt, vnáque manu panem, lapidem ostendunt altera. Εὕρημα γὰρ τὸ χρῆμα γίγνεται πόλει, Κοινῇ μεταχεῖν πάλαθοῦ καὶ τῶ κακοῦ, vt Eurip. inquit. Dicit verò & Achilles, Iliad. 9.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζῃ. Id est,
Hunc ego Tartareis portis infensiùs odi,
Quisquis mente aliud simulat, quàm protulit ore.

V. 143. -Ἑρμείης Ἀκακήσιος.] Acacesium vrbem fuisse Arcadiæ, infra tumulū Acacesium, in quo Mercurii Acacesii signum marmoreum exstiterit, ex Paus. Arcadicis intelligitur. Acacesium verò ab Acaco (quasi dicas non malo) Lycaonis filio, nomen accepit. Steph. De vrbibus. & Paus. ibidem.

V. 146. Τιρυνθίος ἄκμων.] Hercules Tirynthius est dictus à Tirynthe vrbe Peloponnesi, quæ nomen à Tirynthe Amphitryonis sorore accepit, vt tradit Steph. In hac enutritus est Hercules. Variorum autem Herculis cognominum rationes pete ex Lilio Gyraldo, Syntag. 10. Est autem ἄκμων pro ἀκάμων, indefessus, strenuus. qui aliâs ἄκαμος dicitur.

V. 149. -μάλιστα δὲ πενθερὸν αὐτὸν] Notatio Iunonis, quæ socrus fuit Herculis, propter Heben filiam Herculi nuptui datam. Vide Pind. 1 Nem. ἔνδυ, & Hom. Odyss. libro 11.

V. 159. Οὐδ' ὅγε Φρυγίη.] Notatio Herculis, qui in OEta monte Trachiynis, præstructo rogo flammis seipsum exanimauit: vt Sophocles in Trachiniis, Seneca in Hercule OEteo, Ouid. 9 Metam. docent. Phrygia autem, cuius hîc fit mētio, locus est in summitate montis OEtæ, ἀπὸ τῆ ἐπὶ πυρὰ φρύχθαι τὸν Ἡρακλέα, quòd ibi crematus sit Hercules & tostus. Autor est Steph. περὶ πόλεων.

V. 160. Παῦπατ' ἀδηφαγίης.] Est ἀδηφαγία, seu ἀδηφαγία, inexplebilis voracitas. cuius exempla refert AElianus lib. 1. cap. 27. ποικίλης ἱστορ. Ibidem templū Addephagias in Sicilia fuisse dicitur. Cuius etiam Cœlius Rhodig. lib. 7. cap. 11. meminit.

V. 161. -σωλώπα Θιοδάμαντ.] Herculem ferunt, quum aliquando Dryopiam peragraret, & maxima inedia premeretur, forte in regem Thiodamantem, bobus terram colentem, incidisse, & modicum ab illo cibum petiisse: quod quum ille denegasset, Herculem iratum, occiso Thiodamante, vnum

de bobus aratoribus corripuisse, cúmque adeò integrè deuorasse, vt ne quidem ossa superfuerint. Hoc facinus Apollon. lib. 1. Argonaut. recitat. Ab hoc deinde facinore plusquam guloso Hercules βουφάγος cognominatus est, vt in epigrammate, Θεὴν αἰτίκα μιν βουφάγος. Idem, Addephagus & Pamphagus dictus: de quibus epithetis vide Lil. Gyraldum, Syntag. 10.

V. 170. Ἡνίκα δ' αἱ νύμφαι.] Exposita Dianæ maiestate, & diuina autoritate, nunc eiusdem festiuitates & sacra anniuersaria persequitur, quæ hinc inde locorum à plerisque omnibus gentibus & populis illi exhibebantur. Prius tamen ad religiosam cultuum obseruationem populares suos exhortatur. Vult enim diebus festis ac Dianæ sacris omnes homines, suo exemplo proposito, ab operibus maximè rusticis feriari, addita pœna neglectoribus.

V. 171. -Δήλιον ὕδωρ.] Inopus, Deli insulæ fluuius, qui eodem modo quo Nilus ac pariter cum eo decrescit augetúrque, vt Plinius tradit, lib. 2. cap. 103, & Callimachus sequenti hymno. Atque hac de causa AEgyptium ὑδατικῶς appellat, propter eam quam cum Nilo AEgyptio habet proprietatem. Delios verò Dianæ sacrum facere solitos, Pausanias in Atticis testatur: vbi ad aram Lucinæ hymnum Olenis cantari refert. Plura nos infrá.

V. 172. Ἡ Πιτάνης.] Pitane vrbs Laconiæ, teste Plin. lib. 4. cap. 5. & Solino cap. 13. De sacrificio Dianæ Orthiæ, quod Lycurgus apud Spartanos instituit, vide Pausan. in Laconicis: quo loco etiam Pitanæ fit mentio. Est & alia Pitane AEolidis vrbs, cuius Herodot. lib. 1. Ouid. 7. Metamorph. & Steph. meminerunt.

Ibidem. -ἢ ἐνὶ Λίμναις.] Limnæ, vicus inter Laconici & Messeniaci agri fines, in quo Dianæ Limnatidis templum fuit, commune Dorien sibus, Messeniis & Lacedæmoniis. In eo Teleclum Archelai filium, Agesilai nepotem, interemptum, commemorant. Quæ cædes bello Messeniaco initium præbuit. Autor Pausanias in Laconicis & Messeniacis. Est etiã locus Athenis Limnæ dictus, vbi etiam templum Dianæ, de quo Thucyd. lib. 2. De Limnis Atticis ita scribit interpres Aristoph. in Ranis, Λίμναι χωρίον τῆς Ἀττικῆς, ὡς φῇ Διονύσιος ἱερόν. Ibidẽ ex Callimacho versum adducit, -Λιμναίῳ δὲ χορεύσατε ἤγετε ἑορτήν. Cuius rei meminit etiam Lil. Syntag. 8.

V. 174. -πίθμα Ταύρων.] De Tauris, & Diana Taurica, vide Herodotum lib. 4. in Melpom. & Euripidem in Iphig. Taurica. item Melam lib. 4. & Strabonẽ lib. 12. & Ouid. 4. Trist. eleg. 4. & lib. 3. De ponto, eleg. 2. necnon Pausan. in Atticis.

V. 175. Μὴ τοὺς τιμοῦντας.] Sacrorum & festorum dierum religiosam obseruationem à suis hominibus requirit: vt nimirum omnibus operibus omissis, hoc agant (quemadmodum veteres Romani summo pontifici sacrificanti acclamabant) id est, cæremoniis & sacro cultui animos adiiciant. ἡ γὰρ ἀϋπνος τὴν τοῦ ἀπάγει ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων ἀσχολημάτων, τὴν δὲ οὕτως τοῦ προσέχειν θεοῖς τὸ θεῖον, inquit Strabo lib. 10. Id est, Nam feriæ mentem à rebus humanis abstrahunt, animúmque otiosum ad res diuinas conuertunt. Hinc Tibullus,

Hæc sacra requiescat humus, requiescat arator,

Et graue suspenso vomere cesset opus. Quæ tamen festis diebus peragi possint Virgil. lib. 1. Georg. exposuit. Plutarchus in lib. De Quæst. Rom. consuetudinem hanc in Veneralibus fuisse refert, vt è Veneris templo multum vini effunderent: eóque signo monuisse, dies festos sobriè, non per ebrietatem agitari debere: quòd dii magis delectentur merum effundentibus quàm bibentibus.

V.178. -καὶ ἀ Στυμφαλίδες.]Stymphalus, Arcadiæ oppidum, vt ex Homeri catalogo apparet, iuxta lacum Stymphalum. Ab hoc aues Stymphalides denominatæ, quæ tanto fuerunt robore, vt ænea vel ferrea corporis tegumenta facilè rostris perfodere possent: teste Paus. in Arcad. Fuit & Stymphali Dianæ vetusta ædes, cognomento Stymphaliæ.

V.179. -Εἰναιπζοιάμαι, κυπαρίσσις.]Boum nouennium robur etiam Hesiodus laudat, -βοὸς ἐναετήρου,

Κρητὶ, κεκπῆσθαι· τῷ γὰρ σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν·
Ἥβης μεσσηγύ ἐοντι, πολὺ ἐργάζεσθαι ἄρίστω.

V.180. -ἐπὶ δείς]Hoc de sole intelligendum, qui post æquinoctium vernum (eo enim tempore, vt ex Dionysio patet, sacra hæc in Delo peragebantur) diutius super horizontem commoratur: vnde dies protrahuntur, & quò longiùs à meridie Delum versus recedit, eò longiores sunt: vsquedum fiat solstitium Itaque Homerus solis conuersionem in Delo constituit: ita canēs, lib. Odysseæ 15,

Ὀπυίειν καθύπερθεν, ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο. Quem imitatus Virgil. lib. 4. AEneid. ista retulit,

Qualis ubi hybernam Lyciam Xanthique fluenta,
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo, Instauratque choros. &c.

V.183. Τίς δὴ νύ σε.]Locos & vrbes enumerat in quibus Diana potissimum culta: ac personas, seu nymphas, quarum conuersatione maximè delectata fuit. Perga, oppidum Pamphyliæ, à quo Diana Pergęa, siue Pergasia, vt indicat Steph. Doliche insula Sporadum, antè Macris & Ichthyœssa cognominata est. postea Icarus dicta, cum duobus oppidis, tertio amisso: Plin. lib. 4. cap. 12. Taygetus mons Laconiæ, Spartæ & Mycenis imminens: de cuius ruina Plin. lib. 2. cap. 79. & alibi. De eodem Pausan. in Lacon. Qualibet, inquit, parte sui Taygetus venatoribus luculentam caprearum, aprorum, ceruorum & vrsorum copiam facit. Euripus, fretum angustum inter Aulidem Bœotiæ portum & Eubœam, quod vnius dici noctisque spatio septies recurrit, eo impetu vt nauigia repugnantibus ventis secum rapiat. Plinius tam modicum esse tradit, vt ponte iungatur. In hoc portu Dianæ templum fuit, in quo Agamemnon Iphigeniam filiam immolauit. Ouid. 12. Metam.

V.189. Ἐξοχα δ' ἀλλάων Γορτυνίδα.] Nymphæ quarum consuetudinem præcipuè amauit Diana, fuerunt, Britomartis, Cyrene, Procris, Anticlea, & Atalanta. Britomartim laudat à patria, quòd Cretensis fuerit: à studiis, quòd ἐλεοφόνος, ceruorum venatrix: (ἔλους enim & ἐλάφους Græci ceruos vocāt, teste Suida) à visu, quòd fuerit ὄπωπος, id est, acie oculorum valuerit: denique à pudicitia, quòd magno studio & labore pudorem suum à violentia Minois defenderit. Qua occasione originem & causam nominis Dictynnæ adfert.

V.190. -ἥς ποτὲ Μίνως ἔρωτι δείς] Pausanias in Corinthiacis Britomartim Ioue & Charme genitam refert, eámque, quum se totam in currendi venandíque studia tradidisset, fuisse Dianæ multo charissimam. Verùm quum Minoem præ amore insequentem fugeret, ac se in mare abiecisset, in retia quæ ad pisces in mare missa fuerant, incidisse, & à Diana in dearum numerum relatam. Eandem fabulam Virgil. in Ciri versibus exposuit. At Diodorus Siculus lib. 6, eos procul à vero abesse docet, qui Dictynnam à retibus piscatoriis, in quæ fugerit, Minoe insequente concubitus gratia, denominatam velint. Non enim credendum, dam Ioue natam, in tantam egestatem compulsam: nec Minoa regem iustissimum tam impium fuisse. Strabo lib. 10, expressè

hunc Callimachi locum perstringit. οὐκ ὀρθῶς (inquit) οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον λέγειν φασὶν, ὡς ἡ Βερενίκαρις φεύγουσα τὴν Μίνω βίαν, ἀπὸ τῆς Δίκτης ἄλσεσι εἰς ἁλιείαν δίκτυα· καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴν μὲν, Δίκτυννα ὑπὸ τῶν Κυδωνιατῶν προσαγορευθῆναι, Δίκτην δὲ τὸ ὄρος. Id est, Nec rectè Callimachum scripsisse referunt, quòd Britomartis, quum Minois vim fugeret, à Dicte monte piscatoriis retibus insiluerit. Vnde illa Dictynna à Cydoniis, mons autem Dicte appellatus sit.

V.204. Οὖπι αἴαον.] Diana, Vpis dicta, ab Vpi puella Hyperborea, de qua infrà hymno 4. vel ὦδε τὸ ὀπίζεσθαι τὰς πεπύσας, quòd parientes respiciat. Palæphatus, καλοῦσι δὲ τὴν Ἀθηναῖ Κυρηναῖοι Γοργόπην· ὡς δὲ τὴν Ἄρτεμιν, Θέσιος Βενδῖτιν, Κρῆτες δὲ Δίκτυνναν, Λακεδαιμόνιοι δὲ Οὖπιν.

V.205. Κρῆτες καλέουσιν.] Solin. in Polyhist. Cretes (inquit) Dianã religiosissimè venerantur, Βερενίκαριν gentiliter nominantes. quod sermone nostro sonat dulcem virginem. Herodot. in Thalia Dictynnæ sepulcrum à Cretensibus monstrari tradit.

V.206. Καὶ τὸν Κυρήνην.] De Cyrene hymno 2. dictum est. Huius studia quæ fuerint, Pind. 9, ἦδε Pyth. commemorat.

Ἀμφοῦν δ' ἰσῶν παλιμβα-
Οὔπω δίπτων οἰκουρείαν
Ἀλλ' ἀκόντιόν τε χαλκείοις
Κεραΐζειν ἀγρίους
μους ἐφίλαπεν ὁδεῖ,
Μετ' ἐταίραις πέρμας·
Φαρέτραν τε μιδοναιθέα
Θῆρας. hoc est, Virgilio interprete,

Bellatrix, non illa colo calathisve Mineruæ,
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursuque pedum præuertere ventos.

V.208. —ἆδε τὴν μύζον Ἰωλκόν.] Iolcos Magnesiæ in Thessalia ciuitas, ad radices montis Pelii, in qua Peleus habitauit, teste Homero in 11. Odyss. libro. Eiusdem sepulcrum in ea fuit. Hunc propter Acasti insidias Peleus euertit, & Thessaliæ subiecit, teste Pindaro in Nem. hymno 3 & 4.

V.209. Καὶ Κεφάλου ξανθὴν ἄλοχον.] Notat Proclin, quæ propter pudicitiam suam à marito Cephalo tentatam, genus omne perosa virorum, montibus errabat, studiis operata Dianæ. Est autem Δηϊονίδαο pro Δηϊονίδου, patronymicum à Δηϊονεύς. Deioneus, qui pater Cephali fuit, Euryti, OEchaliæ regis, filius, teste Plutarcho in Thes.

V.211. Καλὴν Κτιμένειαν.] Anticlea, mater Vlyssis fuit, filia Dioclis, vel (vt Homero placet) Autolyci, Dianæ & venationum studiosa, vt ex 11. Odyss. colligitur, vbi Vlysses eam compellat.

V.215. —ποδαρκέϊ Ἀταλάντῃ.] Atalanta Schœnei filia, seu (vt hîc Callimachus vult) Iasii Argiuorum regis, pernicissimi cursus puella, de qua nec dicere posses, laude pedum, formæve bono præstantior esset. Hæc quo pacto ab Hippomene, in cursu victa sit, leges apud Ouid. 10. Metam.

V.216. Κούρην Ἰασίου.] Propertius lib. 1, Iasidem vocat,, ab Iasi patre,

Mimalion nullos fugiendo, Tulle, labores,
Sæuitiam duræ contudit Iasidos. AElian. lib. 13. cap. 1. de varia Hist. Ἰασίωνος filiam fuisse refert, & Dianæ æmulam.

V.218. Οὖμον ὀπάσσατο Καλυδωνίου.] Apri Calydonii venationi interfuisse Atalantam, Ouid. 8 Metam. docet. Pausan. lib. 8. in Arcad. quo loco Tegeatarum res gestas celebrat. Priuatim (inquit) propria eorum fuerunt decora, quòd & aprum Calydonium Ancæus Lycurgi filius accepto etiam vulnere sustinuit. At Atalanta, quum prima omnium belluam sagitta transfixisset, virtutis ergo, capite & pelle apri donata est.

V. 221.

V.221. Οὐδ' Ἅμ' Ὑλαῖον.] Hylæus & Rhœtus duo Centauri fuerunt, quos Virgilius lib.2. Georg. à Baccho occisos esse scriptum reliquit. Callimachus verò in monte Mænalo ab Atalanta sagittis confossos esse indicat. Cui AElianus consentit, lib.13. cap.1. vbi & mores procaces ac petulantes vtriusque venustè persequitur. Hylæi meminit etiam Horat. lib. 2. Carm. Ode 2. & Rhœti gigantis, Ode 19, eiusdem. & Ode 4. lib.3.

V.226. Μιλήτῳ ὀδίδημα.] Miletus, illustris Cariæ ciuitas, ab Ionibus duce Neleo cõdita, patria Thaletis. Steph. plura de eadem, & Strabo 14, vbi à Sarpedone, Cretensium colonorum duce, primùm conditam tradit. Ouid. 9. Metamorph. à Mileto ex insula Creta in Asiam profecto, extructam esse scribit. Vide Pausin Achaicis.

Ibidem. -πὰρ δ' ἀγλαὸν Νηλεύς.] Dianæ celebritatem à templis & anathematis exornat. Recitat autem quatuor fana: vnum Milesium, duo in Lusis: & postremum Ephesium, longè omnium augustissimum. Ac Milesium quidem, à Neleo Codri filio excitatum esse ostendit, eo tempore quo coloniam Athenis in Asiam deduxit. Cuius rei occasio fuit dissidium fraternum inter Medontem & Neleum. Quum enim Neleus fratris altero pede claudicantis imperium ferre non posset, Iones qui ante paucos annos Athenienſium ciuitate donati erant, vnà cum Androclo & cæteris Codridis in minorem Asiam deduxit: vbi duodecim vrbes condiderunt: Androclus Ephesum, Neleus Miletum, AEgyptus Prienen, Cyaretus Myuntem, Andræmus Lebedum, alii alias. De quibus vide Pausan. in Achaic. & Herodot. in Clio. Strabonem 14. & AElianum lib. 8. variæ Hist. cap. 5. Eadẽ autem tempestate qua Neleus Miletum condidit, Homerum natum esse, Plutarch. in eius vita testatur.

V.228. Χῆναι, Ἰμβρασίη.] Chesium, promontorium, & Imbrasus fluuius Sami insulæ, vbi culta fuit Diana. Vide Gyrald. Syntag. 12.

Ibidem. -σὶ δ' Ἀγαμήμονος.] Strabo lib. 14, Agamemnonem refert Munychię Dianæ, non procul ab Epheso, in oppido cui Pygela nomen fuit, templum condidisse. Pausan. in Atticis scriptum reliquit, Agamemnonem Dianæ templum erexisse, quum ad Calchantem, qui Megaris habitabat, venisset, ei, vt se ad bellum Troianum sequeretur, persuasurus.

V.232. -Ἑλένη Ῥαμνουσίδι.] Historiam de raptu Helenæ cum plerique omnes poetæ, tum in primis Euripides in Helene, Coluthus, & Ouid. in Heroidibus, pertractarunt. Cæterùm huius epitheti causam Græcus scholiastes à Rhamnunte Atticæ pago attulit, quòd in eo loco Iupiter cum Nemesi cõcubuerit, quæ ouum inde conceptum pepercerit, quod inuentum postea Leda fouerit: vnde Dioscuri & Helena nati sunt. Nemesis fanum in Ramnunte conspici, Pausanias in Atticis & Mela tradunt.

V.233. Ἅλμπι Προῖτος.] Prœtus Abantis filius, & Acrisii Argiuorum regis frater fuit: cuius filias furore correptas Melampus, Amythaonis filius, apud Lusos in Arcadia iuxta fontem Clitorium, insania liberauit, & in Dianæ templo lustrauit. Quo beneficio accepto, pater duo templa, vnum Dianæ Coresiæ, alterum Dianæ Hemeresiæ extruxit. Vide Ouidium 15. Metam. Virgilium 6. Ecloga: Pausan. in Arcadic. Politianum in Miscell. cap. 50. Plinium lib. 25. cap. 5. Vitruuium lib. 8.

V.234. Ἄλλον δὲ Κορέης.] Pausanias in Arcad. tradit, Mineruæ Coriæ (quam Stephanus Coresiam vocat) templum signúmque fuisse in vertice montis, fermè 30 stadia ab vrbe Clitorio. Sed quid obstat quominus idem templũ, Callimachi ætate, Dianæ, Pausaniæ verò temporibus, euersa iam Græcia, Mner-

uæ ſacrum fuerit, aut vtriſque ſimul dedicatum? Coriæ tamen Mineruæ etiam Cic. lib. 3. De nat. deorum, meminit. Aliud de Coria Diana quid legerim, in præſentia nō occurrit. Atqui hunc locum vt ſic exponam, non me magis veterum interpretum commenta, quàm vnius viri, Martini Cruſii, vndiquaque doctiſſimi, & in Græca lingua facilè principis, autoritas commouit: qui & ipſe Corien. Dianæ cognomentum à Prœti filiabus inditum eſſe iudicat: ſicut & ſequens in verſu etymologia declarat. In eadem ſententia & Græcus ſcholiaſtes eſſe mihi videtur.

V. 236, Ημερ. Pro ἡμέρης κατ' ἀντιφρ. ab ἥμερος, manſuetus. De Hemereſia Diana locum Pauſ. ex Arcad. adducere placuit. vbi hæc leguntur, Filias certè Prœti Melampus Luſos compulit, luſtratáſque in Dianę, inſania libcrauit. Ab eo ſinè tempore ad hodiernum vſque diem, Hemereſiam, quaſi placabilē dixeris, Dianam templi eius præſidem, Clitorii nuncupant. Hæc ille. ἀπ' ἄκρου ἥλατο, pro ἀφήλατο. tmeſis.

V. 237. Σοὶ καὶ Ἀμαζονίδες.] Templum Epheſiæ Dianæ toto orbe celebratiſsimum, intérque ſeptem miracula mundi numeratum (cuius etiam in Actis Apoſtolicis fit mentio) alii ab aliis conditum eſſe aſſerunt. Strabo lib. 14. Geographi. ab Archiphrone. Pauſan. in prioribus Eliacis, à Xenophonte Grylli filio. idem in Achaicis, à Crœſo & Epheſo Iſtæi filiis. Vitruuius lib. 7, à Cteſiphonte Gnoſio, & filio eius Metagene conſtitutum, ac poſtea à Demetrio ipſius Dianæ ſeruo, & Pæonio Epheſio, perfectum eſſe, memoriæ prodiderūt. At Callimachus ab Amazonibus ædificatum eſſe affirmat. Cuius ſententiæ, Plin. lib. 5. cap. 29, Solinus cap. 43, Pomp. Mela lib. 1, cap. 17, ipſe Pauſ. in Meſſenicis, & Dionyſius De ſitu orbis, ſubſcribunt. Atqui hæc opinionum varietas ex eo proueniſſe mihi videtur, quòd illud templum ſæpius vaſtatum, diruptum, incēſum, & aquarum inundatione deſolatum, ac poſtea ab aliis rurſum erectum & inſtauratum fuit.

V. 245. Ἔργον Ἀθωναίης.] Tibiam à Minerua inuentam eſſe, vetus poetarum opinio obtinuit: ſicut & Pindarus 12. ὕμνῳ Pythiorum docet. Atque hanc opinionem Ariſtoteles 8. Politic. perſtringit. Eiuſdémq; rei Ouidius Faſt. 6, meminit, apud quem Minerua ſic loquitur,

Prima, terebrato per rara foramina buxo,
Vt daret effeci tibia longa ſonos.
Vox placuit: faciem liquidis referentibus undis
Vidi, & turgeneas intumuiſſe genas.
Ars mihi non tanti eſt, ualeas mea tibia, dixi.

Excipit abiectam æſpitis ripa ſuo. &c. Atque hac de cauſa Alcibiades tibiam contemnebat, καὶ τὸ αὐλεῖν ἐφυβρίζω, ὡς ἀσχήμονας καὶ αἰσχύνην, teſte Plutarcho. Plura apud eundem in vita Alcibiadis, ab hoc loco non aliena. Pauſanias in Atticis prodit, Marſyam Silenum à Minerua occiſum, quòd tibias quas ipſa abiecerat, ſuſtuliſſet.

Ibidem. -ιλάφου κακὸν.] Quia νέβρεια δι' ὀστέα, ex ceruinis & hinnulorum oſsibus olim tibiæ parabantur, vt ex Acharnenſibus Ariſtoph. patet: apud quem Bœotus ait,

Ἡμῖς δ' ὅσοι Θήβασιν αὐλητὰ πάρεσ,
Τοῖς ὀστίνοις φυσῶμεν τὸν πολεμικὸν τρόπον. Ὀστίνοις δὲ φησι (vt interpres addit) ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀπὸ τῆς ἐλαφείων ὀστέων κατασκευάζοντες τοὺς αὐλούς. Atqui Plinius etiam ex aſininis oſsibus tibias fieri, ſcriptum reliquit. Et apud Plutarchum, ὁ δὲ Αἴσωπος ἀνταπεῖπε. Aeſopus inquit, οἱ αὐλητικοὶ πρεσβύμενοι τὰ νεβρεῖα, χαίρουσι τοῖς ὀνείοις, βέλτιον

ἐχῶν λέγειν. Id est, neglectis hinnulorum ossibus, tibiarum artifices asininis vtuntur, eáque multo argutius sonare dicunt. ὥστε θαυμάζειν (vt mox subiūgit) πὼν ὄντος, εἰ παχύπους καὶ ἀμουσότατος ὢν πάλαι, λεπτότατον καὶ μουσικώτατον ὀστέον παρέχειν. .i. vt mirandum sit, asinum tam crassum & à musica alienum animal, maximè tenuia & musicis instrumentis aptissima ossa præbere.

V. 246. Σάρδεις.] Sardes nota vrbs Lydiæ, regia olim Crœsi. Berecynthus Phrygiæ mons, in quo Cybele mater deūm colebatur. Vnde ipsa Berecynthia dicta est. Steph. Plin. lib. 16. & Strabo in fine 12.

V. 249. -τῆ δ' οὔτι θεάτρου] Templi Ephesiæ Dianæ commendatio: cuius descriptionem pete ex 14. cap. lib. 36. Plinii. Eiusdem Martial. lib. 1. Epigramm. initio statim meminit. Herostratus quum nullo honesto facinore nomen aliquod acquirere posset, hoc templum incendit, vt saltem ob hoc scelus & sacrilegum incendium nominaretur. Eadem nocte qua deflagrauit, Alexander natus est, vt Cic. lib. 2. De nat. deorum ex Timæo annotat: quem adiunxisse ait, minimè id mirandum esse, quòd Diana, quum in partu Olympiadis adesse voluisset, abfuisset domo.

V. 253. Κίμμερες ὄβριμοι.] Cimmerios sæpe inuasisse Ioniā, & Asiam minorem aliquātisper tenuisse, Herodot. lib. 1. & 4. testatur, quos tandem à Scythis illinc expulsos esse refert. Strabo itē lib. 1. Geograph. Lygdamis & Cimmeriorū meminit. Sunt autem Cimmerii, populi Septentrionales, ad Bosphorum ponti Euxini fretū habitātes: cuius ora, teste Plinio, curuatur in Mæotin, Scythiæ paludem. Horum regionem Scythæ à Massagetis Asia expulsi, postea tenuerunt. Herodot. in Melpom. Vnde nō rarò Cimmerii & Scythæ apud poetas pro iisdem populis sumuntur, propter crebram coloniarum permutationem. Natio Cimmeriorum caliginosa & densis tenebris opaca esse dicitur. Vnde Ouidius regiam somni apud hos populos constituit, 11. Metamor. lib. Et Homerus 11. Odyss. de iisdem.

Ibidem, -ἰπποπόλων] Est epithetum χλωρότατον, quod Homerus alibi Mysis attribuit. Tametsi Strabo lib. 7. Hippemolgos & Galactophagos & Abios, quos eosdem cum Scythis Hamaxobiis esse tradit: itémq; Sarmatas, diuersas ab Homero gentes, & terrarū terminis finitimas constitui affirmat. Herodot. initio lib. 4, Scythas & lacte viuere & ex equabus illud mulgere autor est, modum exponens, quo gentes istæ in mulgendis equabus vtantur.

V. 254. -βοὸς πόρον Ἰναχώνης] Bosphori Cimmerii descriptionem pete ex Plinio, lib. 6. cap. 6. Nomen accepit ab Io filia Inachi, quę in bouē mutata locum illum traiecit, priusquā in AEgyptum perueniret. De Io à Ioue in vaccā mutata, vide Ouid. 1. Metam. AEschylum in Prometheo.

V. 257. -ἐν λειμῶνι Καϋστρίῳ] Cayster, amnis Ioniæ celebratissimus iuxta Ephesum, Ptol. lib. 1, Plin. lib. 5. cap. 25. Caystrium cāpus Ephesiæ. Stephanus idem fluuio nomen, ὅθεν δ' ἔχει τοιαύτην χώραν πλησίον, quòd finitimam habeat exustā terram, impositum esse perhibet.

V. 259. Πόντια, Μουνυχίη] Munychia, tumulus est Atticæ terræ, χειροποίητος, ἐς θάλασσαν, ἐς νότον πολὺ μέρος, φύσει τε καὶ ἀνθρώπων, ὥστε εἰκάσαι δίχα τεταμένῳ δὲ μικρῷ πλοῖ ἔοικεν ἔχειν. id est, peninsulę similis, & concauus, magnáque ex parte cuniculis subrutus, tum natura loci, tum hominum industria: ita vt habitationibus aptus sit: accessum tamē per angustas fauces habeat. Hæc Strabo lib. 9. In Munychia portum cum Dianæ Munychiæ templo esse, Paus. in Atticis tradit. Stephanus locum à Munycho denominatum esse refert. Dianæ Munychiæ Xenophon lib. 2. Ἑλληνικῶν meminit.

V.259. -χαῖρε Φεραίη] Diana Pherœa dicta, à Pheris ciuitate Theſſaliæ, quæ Alexandri Theſſalorum tyranni patria fuit: cuius meminit Plutarchus in vita Pelopidæ: Cic. 2. Offic. & Pauſanias in poſt. Eliac. Phereæ verò Dianæ (vt idem Pauſan. in Corinth. ſcripſit) tam apud Sicyonios quàm apud Athenienſes, ſignum fuit: quod ad ſe Pheris, quæ in Theſſalia (vt diximus) ciuitas eſt, deportatum Argiui tradunt.

V.260. Μήπς ἀπιμάσῃ τλὼ Κρημνῶ] Propoſitis exemplis pœnarum quibus Dianæ contemptores affecti ſunt, ad pietatē & religioſum cultū alios exhortatur. Eſt enim pietas, tutiſſima virtus. & quidem Theocritus inquit, Εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λώϊα, δυσσεβέων δ' οὔ. Id eſt, Præmia certa pios, reprobos mala fata ſequuntur. Quia Οὐδεὶς αἰθρώπων ἀδίκων πάντ' οἶκτος ἀνύσσει. id eſt, Nemo malorum hominum pœnas non ſuſtinet æquas.

Ibidem. -οὐδὲ γὰρ Οἰνεῦ] OEneus Calydonis rex fuit, qui quū omnibus diis ſacra feciſſet, ſolam Dianæ aram contempſit ac neglexit. Hoc ægrè dea ferens, ad bellum excitauit Cretenſes, vt arma AEtolis inferrent, & Calydonem expugnarent. Neque ſic contenta malis, aprum inſuper immanē agris immiſit, qui quum omnia deuaſtaſſet, bellicæ calamitati etiam fames acceſsit. Huius rei memoriam Phœnix apud Hom. 9. Iliad. repetit. OEnei etiam impietatem ibidem exprimit: de qua & Ouidius Metamor. 8.

V.263. Οὐδὲ γὰρ Κρεύσης] Hiſtoriam ex Dicty Cretenſi adſcribendam duximus, apud quem lib. 1. hæc leguntur, Quum nulla iam res profectionem niſi abſentia militis retardaret, cuncti duces velut ſigno dato, vno atque eodem tempore Aulidē confluunt. Interim in ipſa nauigādi feſtinatione Agamēnon, quem à cunctis regem omniū declaratum ſuprà docuimus, longius paulo ab exercitu progreſſus, fortè conſpicit circa lucum Dianæ, paſcentem capream: imprudénſque religionis quæ eo in loco erat, iaculo tranſfigit. Neque multo pòſt ira Dianæ, ob mutationem aeris corporibus pertentatis, lues inuadit: atque interim in dies magis magiſque ſæuiens, multa millia fatigare & promiſcuè pecora atque exercitum grauari. &c.

Ibidem. -ὀλίγῳ ἱπτάμενοι μισθῷ] Non enim leui pretio Dianæ iram placauit, cui filiam chariſsimam Iphigeniam mactare coactus eſt. ſicut teſtatur Euripides in Iphigen. Aulid. & Theognis in procemio.

V.264. -οὐδὲ γὰρ Ὦτος] Otus & Ephialtes Aloei & Iphimediæ filii fuerunt, teſte Hom. 11. Odyſſ. qui quum Dianæ vitium offerre conati eſſent, in Naxo inſula perempti ſunt. Vide Pindarum Pyth. ᾠδῇ 4. & eius ſcholiaſtem. Apollonius Rhod. 1. Argon. ab Apolline peremptos refert, propter linguæ maledicæ in deos petulantiam. Apollonio autem Homerus Odyſſ. lib. 11. aſtipulatur.

V.265. Οὐδὲ μὴν Ὠαρίων] De hac lectione Politian. cap. 69. Miſcell. Dicitur autē Oarion pro Orion, ὑπερθέσει τοῦ α. Orionem porrò Dianæ pudicitiæ inſidiatū eſſe, ex Horatio patet, lib. 3. Carm. Ode 4. Meminit etiā Hom. Odyſſ. 5.

V.266. -οὐδὲ γὰρ Ἵππω] Hippo Amazonum vna fuit (vt ex præcedentibus intelligitur) quæ prima Dianæ ſacerdotio perfuncta eſt. Heſiodus in Theogonia Hippo Oceani & Tethyos filiam inter Oceaninas nominat. Fuit & Romanis Hippo dea equorum. de qua Iuuenal. Sat. 8. -iurat

Solam Hippo, & facies olida ad præſepia pictas.

ANNOTATIONES IN HYMNVM QVARTVM, qui est in DELVM.

V.1. Τὴν ἠρίην] Cõtinet hic quartus hymnus χωροχαρίαν & lauacrũ insulæ Deli, quę vna Cycladũ est, & patria Apollinis ac Dianæ. Eam cõmendat poeta à deo tutelari, Apolline: à veteri infortunio, quo erratica in mari iactata fuit: à nomine antiquo & recenti, ab immobili situ, quem beneficio nati in se Apollinis consequuta est, quum ante Latonæ partum in nullo certo consisteret loco. Hinc occasione à partu Latonæ sumpta, in miseriam eius & pariẽdi difficultatem digreditur: ostendens, Latonam à duobus speculatoribus Marte & Iride, quos Iuno constituerat, vbique terrarum & insularum, à partu fuisse prohibitam, nec vllibi locorum hospitio receptam. Quod ἐπεισόδιον amplificat. nam grauidam Latonam ab vniuersa Peloponneso, Achaia, Thessalia, Corcyra, aliisq; locis & insulis compluribus excluſam, à sola autem Delo susceptam fuisse commemorat. Quæ ad laudem hospitalitatis Delo conciliandam, plurimùm faciunt. Et in hac quidem digressione maxima pars hymni absoluitur. Facto deinde reditu ad eandem insulam, ab admiranda & diuina Apollinis ac Dianæ natiuitate laudat: quam ipsam à coniunctis & consequentibus luculenter describit: præterea à singulari autoritate & prærogatiua, quam præ cæteris insulis habet, itémque à pace sempiterna, denique à sacrificiis, quæ ab vltimis terrarum oris huc adferantur, Delum studiosè laudat. Cæterùm defectus, quibus hic & sequentes hymni laborabant, ex Henrici Stephani, viri longè doctissimi & clarissimi (quo meliorem ac diligentiorem sui instauratorem Græcæ literæ nullum vnquam habuerunt) venustissima illa Græcorum poematum editione, suppleuimus.

V.2. Ἀπόλλωνος κουρ.] Principium hymni, à rebus ipsis, hoc est à dignitate & præstantia Deli insulæ, deductum, quam collatione amplificat, dum ostẽdit, inter omnes Cycladas præstantissimam & laude dignissimam esse Delum, propterea quòd Apollinem Musarum & poetarum antistitem in lucem ediderit. Exornantur hæc interrogatione, qua poeta seipsum alloquitur.

V.3. Κυκλάδες] Cyclades maris AEgei insulæ sunt. de quibus lege Strab. lib.10. Geogr. Plinium lib.3. cap.12. Solinum cap.17. Melam lib.2. cap.7. Nominis causam Dionysius De situ hanc adfert,

Αἱ δ' Ἀσίης προπάροιθε αἴσσουσι λάχον ἀμφὶς ἰοῦσαι,
Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ οὐνομα Κυκλάδες εἰσί. Id est,
Quæque Asiæ primas attingunt Cyclades oras,

Sic dictæ, Delum quia cingant moræ coronæ. Ammianus quoq; Marcell. lib.22. Cycladas ait sic dictas quòd omnes ambiunt Delon, patriam deorum insignem. Ab Eustathio ibidem hæ numerantur: Cythnus, Parus, Amorgus, Delus, Tenus, Ios, Seriphus, Myconus, Nisyrus, Syrus, Siphnus, Andrus, Naxus. quibus annumerandæ, Rhenęa, Gyarus, & aliæ.

V.7 Εἰς Μοῦσαν τὸν εἰσιδόν] Delum laudandam esse, non modò ab honesto & pio, sed etiam per contrarium à periculoso confirmat: dicens, eum in Apollinis odium incidere, qui patriam eius nõ laudet. quod comparatione illustrat. Quali etiam Ouidius 4. lib. De ponto, Eleg.14. vtitur, *Quàm grata est igitur Latonæ Delia tellus, Erranti tutum quæ dedit una locum.* &c. Est autem Pimplea mons Macedoniæ, olim à Thracibus possessus: in cuius radicibus fons fluit

Pimpleus,& antrum Pimpleum,Musis consecratum.Strabo lib.9.Geograph. Θρᾷκες,inquit, τὴν Πιερίαν,καὶ τὸ Λείβηθρον, καὶ τὴν Πίμπλειαν ταῖς αὐταῖς θεαῖς ἀνέθεσαν.ἐκάλουν δὲ Πίερες.ὁλιπέντων δὲ ἐκείνων Μακεδόνες νῦν ἔχουσι τὰ χωρία ταῦτα. Id est, Pieriam,Libethrum & Pimpleam Thraces iisdem deabus consecrarunt, antea Pieres dicti:qui quum à reliqua Thracia defecissent,Macedones ista loca obtinuerunt. Hinc Musæ Pimpleæ & Pimpleides, vt apud Horatium, *Nectere me coLamiæ coronam Pimpleâ dulcis*.lib.1.Ode 26.

V.9. Δήλῳ νῦν οἴμης] Propositio hymni cum amplificatione vtilitatis.

V.10. Κυνθίου ἀγνιέως] Apollo Cynthius est dictus à Cyntho Deli insulæ mõte,de quo Strabo lib 10.ὑπέρκειται δέ,inquit, τῆς πόλεως ὄρος ὑψηλὸν ὁ Κύνθος, καὶ τραχύ. Id est,Ciuitati in Delo mons adiacet Cynthus, miræ altitudinis & asperitatis. Stephanus De vrbib. ipsam insulam prius Cynthum appellatam esse prodidit,ἀπὸ τοῦ Κύνθου,τοῦ Ὠκεανοῦ,à Cyntho Oceani filio.

V.11. Κέκλη δ' ἰωὴ μάστια] Narrationem à topographia orditur, quam Virgilius 3.AEneid.lib.imitatus est.

V.16. Ἀλλά οἱ οὐ τιμιόντι] Collatione Delum laudat, quam omnibus insulis & terris longè præstantiorem & superiorem esse affirmat. Quod ne odiosum sit,huic collationi προθεραπείαν illam præmittit.

V.19. -Φοίνισσα μετ' ἴχνια Κύρνης] Cyrnus insula maris Ligustici,quam Latini Corsicam vocant: cuius descriptionem pete ex Plinii lib.3.cap. 6. Cæterùm epirheta quæ hîc Corsicæ à poeta attribuuntur, Sardiniæ magis competunt:ad quam respicere voluisse autorem verisimile est,quum inquit,μετ' ἴχνια ὑπηδῦ.Sardinia enim Ichnusa primùm dicta est, quòd formam habeat summẽ vestigii.Eadem Phœnissa commodius dicitur quàm Corsica,quòd Libyes duce Sardo in eam duxerunt colonias:ὕστερον δ' Φοίνικες κατῳκίσθησαν οἱ ἐκ Καρχηδόνος, καὶ μετὰ τούτων Ῥωμαίοις ἐπολέμουν. id est, Deinde verò & Pœni Carthaginenses eam tenuerunt, qui vnà cum incolis bellum Romanis intulerunt. Strabo lib.5.

V.20. Οὐκ ὀνοτὴ] Neque hoc epitheton Corsicæ satis conuenit,quòd pauper & sterilis non sit:quum Strabo contrarium apertissimè affirmet. Ita enim de Corsica lib.5.scriptum reliquit,οἰκεῖται δὲ φαύλως, τραχεῖά τε οὖσα,καὶ τῆς πλείστης μέρεσι δύσβατος πλέως· ἅτε δὴ κατέχοντας τὰ ὄρη, καὶ ἀπὸ λῃστηρίων ζῶντας, ἀχειρώτους τῇ ἤθεσιν. Id est, Malè habitatur Corsica, quum aspera & plerisque in locis inuia sit.Quo fit vt incolæ montana inhabitent, vitámque latrociniis sustentent, ac ipsas feras immanitate superent. Dionysius, Γᾶν δ' ἀμφιλαφὴς οὔρεσι πᾶσα ἔασιν ὀρείη.

Ibidem. -καὶ Μάκρεις Κλαρναί] Periphrasis Eubœæ,quæ & Macris & Abantias olim vocata fuit, testibus Strabone & Stephano. quorum ille, lib. 10. Geogr. Ellopiam quoque ἀπὸ Ἕλλοπος τοῦ Ἴωνος,id est,ab Ellope filio Ionis, appellatam fuisse,memoriæ prodidit. τὸ ἐθνικὸν Ἑλλοπεύς, Steph. Plinius refert aquas Eubœæ calidas Ellopias dici,lib.4.cap.12. Est autem Eubœa maris AEgæi insula,exiguo freto Euripo à Bœotia dirempta.

V.21. Σαρδὼ δ' ἰμερόεσσα] Sardinia,Græcè Σαρδὼ,insula maris Ligustici,distans à Corsica 60 stadiis, vt Strabo docet. vel nouem millibus passuum, vt Plinius tradit.Pausanias tamen Sardiniam à Corsica nõ amplius quàm decem stadia lato mari diuidi existimat,lib.10.Huius fertilitatem Strabo lib.5. sic exposuit,ἔστι δὲ τὸ πολὺ μέρος τραχὺ καὶ οὐκ ἡμερωμένον· πολὺ δὲ καὶ χώραν ἔχον ἀδαήμονα ζῴων πάσῃ, σίτῳ δὲ καὶ διαφερόντως. Id est, Magna pars Sardiniæ aspera & impacata est: magna etiam solum habet cùm omnibus rebus,tum in primis frumento bea-

tum & fertile. Lucanus quoque Sardiniæ & Siciliæ fertilitatem his verſibus lib.3.celebrat,

Veraque frugiferis eſt inſula nobilis aruis:
Nec plus Heſperiam longinquis meſſibus ullis,
Nec Romana magis complerunt horrea terræ. &c.

Ibidem. –καὶ ἰὼ ἐπινίζεαι Κύπρις] Notatio eſt inſulæ Cytherorum, quæ in mari Myrtoo, contra Maleam promontorium ſita eſt. (Strab. lib. 2.) ſeu Cytherorum vrbis in Cypro, ad quam Venus concha primùm aduecta fuit: vt ipſa apud Statium lib. 1. Syluarum ait,

Hæc & cæruleis mecum conſidere digna
Fluctibus, & noſtra potuit conſidere concha. &c.

V. 24. –εἰ δὲ τιθαρώσσει ἴριος] Eſt γνώμη qua diuinæ præſentiæ ac tutelæ magnitudinem & vtilitatem commendat. Nam ſi Archidamus meritò de ciuibus ſuis dixit, θαῤῥεῖ δὴ Λακεδαιμονίων πόλις, quanto rectius hoc & verius de Deo opt. max. dici poteſt & debet? πολὺ γὰρ θεοῖσι κρέσσονες ἀθάνατοι, vt inquit Theognis. Atenim propitio Deo, omnia nobis poſsibilia: ſicut Pindarus præclarè dixit, θεῶν πλεόνεσσιν οὐδὲν ποτὶ φαίνεται ἄμμιν ἄπιστον. Nam Iouis taxilli, vt prouerbio dicitur, ſemper cadunt feliciter. Quare ſi Deus eſt pro nobis, quis contra nos?

V. 25. Τέγεα ἀμφὶ] *Tabida conſumit ferrum lapidéſque uetuſtas.* Nihil enim eſt opere aut manu factum, quod non aliquando conficiat & conſumat ætas.

V. 26. Στρυμονίου βορέαο] Citatur hoc hemiſtichium à Stephano De vrb. in dictione Στρυμών.

V. 30. Ἦ ὡς ἔκτισσέ τε] Deum in prima creatione terram à mari ſeparaſſe, & inſulas condidiſſe, etiã poetæ crediderunt, & ſaniores philoſophi: quemadmodum ex Homeri, Heſiodi, Ouidii & aliorum poetarum monimentis, & Timæo Platonis, certò colligitur. Ad hanc κοσμοποιΐαν præſens locus referendus mihi videtur.

Ibidem. –οὔρεα θείων Κώεις τεγγλωχῖνι] Hac notatione, diuina potentia & maieſtas exprimitur: quam Deus fulminibus, tonitrubus & grãdinibus immiſsis demonſtrat. Venus apud Virgilium,

–*ô qui res hominúmque deúmque*
Aeternis regis imperiis & fulmine terres. Horat. *Nec fulminantis magna Iouis manus.* Faceſſat ergo Plinii furor, qui iſta omnia fortuita, ac fulmina bruta eſſe cenſet, vt quæ nulla veniant ratione naturæ.

V. 31. Κώεις τεγγλωχῖνι] Periphraſis fulminis: cuius deſcriptionem & cauſam lege apud Ariſtot. lib. 3. Meteor. cap. 1. Interpres Ariſtoph. In equitibus tria fulminum genera recenſet. τῶν πυρωδῶν, ait, οἱ μὲν, καταιβάται, οἱ δὲ, φλογίνεις, οἱ δὲ, λαμπάδες καλοῦνται, ὡς Ὅμηρος ὠνόμακεν. Id eſt, Fulminum alia rectà deſcendunt, quædam ſunt fuliginoſa, quædam raptim emicant. Naturam fulminis Lucanus poeta eleganter ſic deſcripſit,

Qualiter expreſſum uentis per nubila fulmen,
Aetherius impulſi ſonitu, mundique fragore
Emicuit, rupitque diem, populoſque pauentes
Terruit, obl qua præſtrinxit lumina flamma:
In ſua templa furit, nullâque exire uetantæ
Materiæ, magnámque cadens magnámque reuertens
Dat ſtragem latè, ſparſoſque recolligit ignes.

Ibidem. –ὅ οἱ Τελχῖνες] Cyclopes Ioui fulmina fabricare à poetis creduntur.

Vnde Ouid.1.Metamorph.

Tela reponuntur, manibus fabricata Cyclopum. Vide Hesiodum in Theog.

V.32. –πέρσε δὲ πάσας] Ouid.1.Metamorph.

Tum freta diffudit, rapidisque tumescere uentis
Iussit, & ambitæ circumdare littora terræ.

V.36. Ἀλλ' ἄφιτος πλάζωντο] Delum vetustissimis temporibus mobilem fuisse, & sub aquis latuisse, testatur apud Strabonem lib.10, Pindarus, Virgilius 3. AEneid. Ouid.6.& 15.Metam.& Plin.lib.2.cap.86,& 87. Herodot. quoq; lib. 6. in Erat.refert, eo tempore quo Datis Persicus satrapa bellum Græciæ intulit, Delum commotam esse, & intremuisse: idque hoc oracolo antè significatum fuisse, Κινήσω καὶ Δῆλον ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν. Id est, Et Delum, quanuis sit adhuc immota, mouebo. Idem de Rhodo Pindarus scripsit 7.ὠδῇ Olymp. Causam huius rei pete ex Arist.lib.1.Meteor.cap.14.

Ibidem. –εὐώνυμα δ' ἴω σοι Ἀστερίη] Delus variis appellata fuit nominibus: quæ ex Solino adscribere volui: apud quem in Polyhist.cap.17. ea exponuntur, Eadem Delus, inquit, & Ortygia, quæ clarissima est in Cyeladum numero, multifariè traditur. Nunc Asterie, à cultura Apollinis: nunc à venantibus Lagia, vel Cynthus: Pyrpole etiam, quoniam ignitabula ibi & ignis inuenta sunt. In hac primùm visæ coturnices, quas Græci ὄρτυγας vocant. &c. Apollonii Rhodii enarrator Asterien dictam putat à figura, & priùs Delum quàm Asterien nominatam. Δῆλος, μία τῶν Κυκλάδων νήσων, ἣν περὶ Ἀπόλλωνι φησὶ μὴν, Δῆλος, ὕστερον δὲ Ἀστερία, διὰ τὴν χῆμα. Callimachus hoc nomen ab Asterie nympha (quæ Cœi & Phœbæ filia, soror Latonæ fuit) sortitum esse tradit, quòd ea Iouis vim fugiens, cælitus in hanc insulam, tunc Ortygiam dictam, insiluerit.

V.38.–ἀστερίωνα] scil. δίφρον. Saltum Asteries confert traiectioni stellarum, de qua vide Aristot.lib.1.Meteor.cap.4.

V.41. Γοναίης δὲ Τροιζῆνος] More poetico rem amplificat, ostendens hanc insulam de vno loco in alium fuisse delatam. Trœzen, ciuitas Peloponnesi, à Trœzene Pelopis filio nominata, quę alio nomine Aphrodisias, alio Saronia, alio Apollonias, alio Posidonias, alio denique Anthemis dicebatur. Steph.& Strabo, lib.8.

V.42. –Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου] Isthmus Corinthiacus duos sinus efficit, quorum vnus mare Ionium versus occidentem spectat, & Corinthiacus dicitur, cuius angustiæ Cenchreæ vocantur: alter in AEgeum tendit versus ortum, & Saronicus ipse, angustiæ verò Lecheæ appellantur. Vtrunque Dionysius describit. Plura vide apud Plin.lib.4.cap.4.& Strab.lib.8.

Ibidem. –Ἐφύρηθεν] Quatuor ciuitatibus hoc nomen competere Strabo & Stephanus docent. Fuit enim Ephyre Achaica, Thesprotica, Thessalica & Corinthiaca: quarum postrema hic intelligenda est. De ea Glaucus Homericus, Ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱππιόβοτο. Ipsa Corinthus olim Ephyra dicta, ab Ephyre Oceani filia, quæ prima in iis finibus consedit: postea demum à Corintho Marathonis filio nomen accepit: testibus Paus.& Plinio. Idem & Heraclides De rebuspub.refert, Κόρινθος (inquiens) Ἔφυρα πρότερον ἐκαλεῖτο, μέχρι Κορίνθου, ἀφ' οὗ ὄνομα ἔσχεν.

V.45. Ἔθραμες Εὐείπιο] De Euripo suprà dictum. Sunium autē est promontoriū Atticæ, de quo Strabo lib.9.& Paus. initio lib.1. Chius & Samus insulæ in mari Ionio clarissimæ, illa quidem vino præstantissimo, hæc verò fortuna Polycratis, templo Iunonis, & Pythagora nobilitata. De vtraque hæc canit Dionysius De situ,

Τῆς δ'

Τοῖς δ' ἔπι, νῆσοι ἔασιν ἰωνίδες· ἔνθα δὴ Κάῦνος,
Καὶ Σάμος ἠμαθόεσσα, Πελασγίδος ἕδρανον Ἥρης,
Καὶ Χίος, ἠλιβάτου Πελλαίου ὑπὸ πίζαν. Id est,
His super, Ionio sunt insulæ in æquore: Caunus,
Et peramœna Samus, Iunonis maxima templo,
Et Pellenæi tumulo Chios ardua montis. Vide Plinium lib. 5. cap. 31. Strabonem 14. Geogr.

V. 48. -νήσοιο δίχ' ὕδρωχον] Samum aquis irriguam esse, etiam Strabo his verbis testatur, ἔστι δ' αὐτῆς τὸ ἐλαττον ἐν ὀλιγεδρίᾳ τὸ πλέον, ὑπὸ τῆς θαλάττης κλυζόμενον· μέρος δὲ καὶ εἰς τὸ ὄρος αἴρεται τὸ ὑπερκείμενον. Id est, Minor eius pars in planitie mari perluitur: pars quædã etiam in montem, qui suprà imminet, insurgit.

V. 49. Παρθενίης] De variis Sami vocabulis ibidem inquit, ἐκαλεῖτο δὲ Παρθενίη πρότερον, ἀπορωσίων Καρῶν· εἶτα Ἀνθεμοῦς, εἶτα Μελάμφυλος, εἶτα Σάμος, εἴτ' ἀπό τινος ἐπιχωρίου ἥρωος, εἴτ' ἐξ Ἰθάκης καὶ Κεφαλληνίας ἀποικίσαντος. Id est, Priùs Parthenias dicta est, Caribus eam obtinentibus: deinde Anthemus, postea Melamphylus, deniq; Samus, siue ex heroe aliquo indigena, siue aduena, qui ex Ithaca & Cephalenia coloniam eò deduxit. At Steph. isto ordine recenset, ἐκλήθη δὲ πρότερον Παρθενία, καὶ Δρύουσα, καὶ Ἀνθέμουσα, καὶ Μελάμφυλος.

Ibidem. -νύμφαι Μυκαλησίδες] Nymphę Mycalesides à Mycaleso è regione Sami monte dicuntur. Eundē Steph. Mycalessum, Plin. lib. 4. cap. 7. Mycalesum, Strabo Homerū sequutus Mycalen vocat. Sic enim Hom. in hymno Apoll.

Καὶ Σάμος ὑδρηλὴ, Μυκάλης τ' αἰπειναὶ κάρηνα. Id est,
Atque vndosa Samos, Mycalæque cacumina celsa.

V. 50. Γαίηος Κλ' καίου] Ancæus Neptuni & Astypalęæ filius, Lelegum rex, qui Mæandri filiam Samiam vxorem habuit, ex qua Perilaum, Euadum, Samum, Alitherſen, filios, & Parthenopen filiam suscepit. Pausan. in Achaicis. Eiusdem mentionem facit Strabo ab initio 14. libri, πλὴν δ' ἐξῆς θαλάττιαν μέχρι Φωκαίας, καὶ Χίου, καὶ Σάμου, ἧς Αἴγιος ἦρχε, λείαις εἶχον. De eodem vide proverbium, Multa cadunt inter calicem. &c.

V. 53. Οὐδὲν οὕτ' ἄδηλος] Nominis Deli rationem hîc assignat, quòd Δῆλος sit appellata quasi manifesta, quum priùs obscura sub aquis latuisset. Solinus aliam profert, cuius hæc sunt verba. Meminisse, inquit, hoc loco par est, post primum diluuium, Ogygii temporibus notatum, quum nouem & amplius mensibus diem continua nox inumbrasset, Delon ante omnes terras, radiis solis illuminatam, sortitámque ex eo nomen quòd prima reddita foret visibus.

V. 55. Οὐδ' Ἥρῃ κοτέουσαν] Ab hospitalitate Delum cõmendat, quòd quũ omnes terræ & insulæ grauidam Latonam hospitio prohibuissent: sola Delus, posthabito Iunonis odio, eam excepérit, & Apollini ac Dianæ solum natale & prima vitæ incunabula præbuerit. Hanc laudem ἐπαινεῖ locorum amplificat, in qua totius Peloponnesi & Græciæ regiones ordine commemorat.

Ibidem. -ἣ μὲν ἀπάσας] Exemplo sunt, Io, Callisto, Semele, Alcmena, Danae, Antiopa, Leda & aliæ.

V. 58. -φιλαίτερον Κρόνος ὑΐα] Causa est odii Iunonii: quam Homerus etiam expressit, inquiens, -ὅτ' ἄρ' υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε Ἀπὸ πέδου καλλιπλόκαμος τέκε. Quàm verò charus Ioui Apollo fuerit, Hom. indicat in eius hymno, Τῷ ῥ' ἄρα οἱ πατὴρ ἔδωκε πατὴρ δίκαια χυτείῳ, Δεινύμενος φίλον υἱόν. &c. Iuppiter huic nectar pater è cratere bibendum Præbuit, ostendens charum sibi filium. Vide

eiusdem hymnum in Mercurium. Callimachus etiam à dextris Iouis considere,& omnia postulata facilè à patre obtinere posse,suprà ostendit.

V.62. -ὁ μὲν πίδον ἠπείροιο] Iuno duos spectatores constituisse fingitur, qui omni loco Latonam arcere debuerunt: quorum alter, Mars in AEmo, Thraciæ monte, constiterit, vnde longè latéque in Macedoniam, Thessaliã & Pontum prospectus illi patebat:(est enim mons celsissimus, vt Strabo lib. 7.docet)altera verò, Iris, Mimantem tenuerit,vnde insulas maris AEgei prospicere poterat. Est enim Mimas Ioniæ mons,250 mill.passuum excurrens,atque in continentibus campis residens:cuius vertices de nubibus superuolantibus futuræ tempestatis significant qualitatem: autoribus Plinio & Solino. Mimantem Alexander perfodere cœpit,teste Paus.in Corinth.

V.67. -κόρη Θαύμαντος] Notatio Iridis,quæ à patre etiam Thaumantias apud poetas nominatur.Hesiod. in Theog.

Θαῦμας δ' Ὠκεανοῖο βαθυῤῥείταο θύγατρα
Ἠλέκτρ' Ἠλέκτρων' ἠ δ' ὠκείας τέκεν Ἶριν. Id est,
Oceani natam Thaumas sibi iunxit amœnam
Connubio Electram,celerem quæ protulit Irim. Dicitur autem filia Thaumantis, ἐπεὶ καὶ θαύματός ἐστιν ἀξία. ἐρώτης γὰρ αἴτιον θαυμάζεσθαι, καὶ σφοδρὸν λόγον. Tzetzes ibidē. Est enim Iris arcus pulcher,& ob eam causam quia speciem habeat admirabilē, Thaumante dicitur esse nata.vt & Cic.lib.3. De nat. deorum,docet.

V.70. Φθίγε μὲν Ἀρκαδίην] In prima fugitiuarum regionum acie Arcadiam collocat.atque adeò totam Peloponnesum , quæ afflictam & exulem Latonā odio Iunonis expulsam , deseruit. Est enim verè à Pindaro dictum , παῦροι ἐν πόνῳ πονεῖ βροτῶν, καμάτων μετα λαμβάειν. Id est, Pauci sunt in periculo fidi amici, qui laborum velint esse socii. Et rectè Polynices apud Euripidem, τὰ φίλων δ' οὐδὲν, ὧν πες δυστυχῇ. Id est , Res amicorum nullæ sunt , quum quis affligitur. Theognis,

Γαῦροι θῦρήσις Γολυπαίδη αἴδρας ἑταίρους,
Πιστὰς ἐν χαλεπῇ, Κύρνε δηχθεσίῃ. De Arcadia primo hymno dictum est. Parthenius eiusdem regionis mons à Tegeatide ad Argiam vsque pertingēs: Strabo in fine 8.Dicitur & Parthenium. In hunc montem Alæus Telephum ex Auge filia & Hercule natum exposuit, vbi à cerua enutritus est, teste Paus. in Arcadicis. Fuit & Auge μελοποιὸς Τεγέάτις, poetria Tegeatis, autore Stephano,ad quam hoc loco Callimachus fortè respexit. De Pheneo Arcadiæ,qui Φενεὸς aliâs dicitur,lege Strabonem in fine 8.& Plin.lib. 4.cap.6. Sed & Ouidius 15. Metam. de aquis eiusdem hæc,

Est lacus Arcadiæ(Pheneum dixêre priores)
Ambiguus suspectus aquis:quas nocte timeto:
Nocte noxæ potæ, sine noxa luce bibuntur. Est & vrbis nomen , quæ inter Arcadicas tertio loco ponitur à Pausania.

V.72. Φθίγε δ' ὅλη Πελοπὶς] Peloponnesus à Pelope nomen accepit, qui è Phrygia pulsus circa annum mundi 2670, in eam regionem, priùs Apiam dictam, peruenit,& occiso OEnomao Pisæam & Olympiam initio obtinuit: mox ampliatis imperii finibus, toti regioni à se nomen imposuit. Vide Paus. in Eliac.priorib. Herod. lib.7. Thucyd.lib.1. Pind. 1. hym. Ol. De Isthmo Corinthiaco Plin. lib. 4,cap.4.& Solin.cap.13. AEgialus,media inter Sicyonē & Bupraſiū vrbs,ab AEgialo Inachi filio dicta.Steph. & Paus. in Corinth. Hom.Iliad.2, Αἰγιαλόν τ' αἰπὺ πόντα.citatur ab interprete. Argos nobilissima est

Peloponnesi ciuitas, quæ Argolicæ ditioni de se nomen fecit. Strabo in 8, annotatum ex Homero reliquit, totam illam peninsulam communi vocabulo Argos, & omnes Græcos, Argiuos, vt & Danaos & Achæos, sæpe appellari.

V.74. -ἐπὶ λάχιτ' ἄναχθ' Ἴφιν] Inachus Argolidis amnis, de quo plura sequẽti hymno. Hunc amnem Iuno tenuisse fingitur: quia Iuno ab Argiuis religiosissimè colebatur. Vnde Argiua ipsa dicta est. Virgil. 7. AEneid. *Ecce autem Inachus sese referebat ab Argis.*

V.75. Φῶκῆ καὶ Ἀονίη] Bœotiam intelligit, quæ olim Aonia appellata est, ab Aonibus barbaris, qui initio eam tenuerunt: teste Strab. lib. 9. Postea demum à Cadmo nomen hoc illi impositum est, propter bouem illic inuentã, de qua Phœbi oraculum illi dixerat,

Bos tibi (Phœbus ait) solis occurret in aruis,
Nullum passa iugum, curuique imunis aratri:
Hac duc arpe mas: & qua requieuerit herba,
Mœnia fac condas, Bœotiaque illa uocato. Dirce, fluuius siue fons Bœotiæ, Thebas præterfluẽs: cuius & Pindarus Thebanus 1. Illhm. ὕδωρ meminit: à quo ipse Dircæus vates appellatur apud Horatium. In eadem regione Ismenus & Asopus nobiliores sunt fluuii, de quibus Strabo lib. 9, Plin. lib. 4. cap. 17.

V.78. -ἐπὶ παλαιὸν κράνῳ.] Respicit ad fabulam quæ vulgo à poetis hoc modo circumfertur. AEginæ pater Asopus fuit, quam quum Iupiter in ignem conuersus compressisset, & AEacum ex ea suscepisset: iratus re cognita Asopus, aquas suas in cælum euomuit. quam ob rem à Ioue fulmine percussus est. Ouid. 6. Metam. & Pind. in Nem.

V.80. -μελίαν Meliæ, arborum nymphæ (perinde vt Dryades & Hamadryades) sic dictæ à Melia Pelasgi filia, Ismeni sorore & Temeni matre. Hesiod. Νύμφας θ' ἃς Μελίας καλέουσ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν. Id est, Quasque vocant Melias terræ per climata nymphas. Μελία alioquin fraxinus, arboris species, Latinis est: de qua Plin. lib. 16. cap. 13, Procera hæc ac teres, pennata & ipso folio: multúmque Homeri præconio, & Achillis hasta nobilitata. Vide lib. 4. Iliad. & 20. apud Hom. & Ruell. lib. 2. De stirp. cap. 82. Dicitur autẽ αὐτόχθων, quasi ex ipsa terra genita: quo nomine Athenienses superbiebant, quòd indigenæ essent, αὐτόχθονες: non aduenæ, aliarúmve gentium coloniis permisti. Cornelius etiam Tacitus Germanos αὐτόχθονας esse censet. Vetus porrò superstitio obtinuit, vt arboribus & syluis, cæterísque terra nascentibus vim quandam numinis inesse crederent. Hinc tot Oreades, Dryades, Hamadryades, Napęæ, Naiades. Καὶ τείς μ' ἔσοι ἔσαν ὅτι χθονὶ πυκνοσπίρῳ Ἀθήναι, vt inquit Hesiodus. Melias itaque nymphas indoluisse fingit, quòd quercus in Helicone commoueri & sterni viderent, Apolline Thebis ac toti Bœotiæ irascente, & propter inhospitalitatem succensente.

V.88. Θήβη, πάλι πάλαινα] Comminatio Apollinis nondum nati, qua pœnas minatur Thebanis ob inhospitalitatem erga Latonam matrem. Thebe, & Thebę in plurali, vrbs Bœotię celebris, à Thebe, Promethei filia, nomẽ adepta, testibus Pausan in Bœot & Stephano: à quo nouem Thebæ recitantur. De tripode Apollinis Pythũ lege Diodorum Sicul. lib. 16: Aristophanis interpretem in Pluto, Erasmum in prouerbio, Ex tripode.

V.91. -ὄφις μέγας] Notatio Pythonis ab Apolline interfecti: de quo plura Strabo lib. 9. Cosmogr. Homerus in hymnis, & nos suprà in hymnum 2. Parnassus, mons Phocidis, *Hesperio tantum quantum fulmenus eoo Cardine*, vt de ipso canit Lucanus. Huius altitudinem exprimit sic Ouidius, *Mons ibi uerticibus*

petit arduus astra duobus, Nomine Parnassus superatque cacumine nubes. Statius medium cæli vocat, Lucanum sequutus, & Strabonem, qui lib. 9. refert, emissas duas à Ioue aquilas, alteram ab occidente, alteram ab oriente, illic recta linea coiuisse. Qua de causa Pindarus Delphos vmbilicum terræ vocat, 6, 8, & 11, Pythiorum ὕδωρ. Vocat autem Parnasum νιφόεντα à niuium copia: quoniam ὄρη, τὰ Παρνασσὸς καὶ ὁ Ἑλικὼν (teste Strabone) ὄρη ὑψηλὰ καὶ νιφόβολα, & in Septentrionē vergentia.

V. 92. Ἀπὸ Πλειστοῦ καθῆρεν] Pliſtus, fluuius Phocidis, ad Cirrham Delphorum naualem ſtationem & proximum mare defluens. Huius aquam in obſidione Cirrhæorum Solon ex alueo, vnde in vrbem influebat, aliò auertit. Pauſan. in Phocicis.

V. 96. -κακολάσιοι γυναικὸς] Nioben notat, ob cuius maledicentiam & ſuperbiam omnes liberi ab Apolline & Diana vno die perempti ſunt. De numero liberorum variant ſcriptores, quorum diuerſas ſententias AElianus lib. 12. Var. hiſt. recitat. Hom. lib. vlt. Iliad. ſex filios & ſex filias meminit. Homerū ſequutus Ouidius totidem ponit, quorum nomina recitat lib. 6. Metamorph. Plutarchus in libro de ſuperſtitione figmentum hoc poetarum perſtringit, tanquam indignum Latona, vt quam huiuſmodi crudelitatis & immanitatis ream agere nefas ſit.

V. 98. -μελοίμαν] Dicitur μελοίμαν ἁγῶν, actiuè, pios & ſanctos curæ habeo: at μελοίμαν ὑπαγόντι, paſsiuè, piis viciſsim curæ ſum, qui me amant, colunt & venerantur.

V. 100. Ἀλλ' ὅτ' Ἀχαιΐδος] Pro Ἀχαιΐδος per ἐπίνθιον. De Achaia vide Plin. lib. 4. cap. 5. Pauſ. in Achaicis, Strabonem lib. 8. & Stephanum. Helice, Achaię vrbs, Neptuni templo & ſimulacro nobilis, ante pugnam Leuctricam terræ motu & fluctibus abſorpta eſt, Olympiadis primæ & centeſimæ anno quarto: teſte Pauſania. Cuius deletionis cauſa fuit, quòd Achæi, ſupplices è templo Neptuni abſtractos trucidaſſent, vt ibidem refert Pauſan. Heliconii Neptuni meminit Homerus (teſtibus Strabone & Pauſania) lib. 20, vbi Ἑλικώνιον ἄνακτα appellat. Bura, alterum Achaiæ oppidum, à Bura Xanthi & Helices filia, ſic dictum: quod idem terræ motus qui Helicen euertit, tam vehementer perculit, vt in templis priſcis omnia deorum ſimulacra corruerint. Pauſanias in Achaicis. Meminit & Ouid. Metam. 15.

V. 103. Ἀφ' ὅτι Θετταλίᾳ] De Theſſalia eiúſque ciuitate Lariſſa, Peneo fluuio, & Tempis, Plin. lib. 4. cap. 8. Solinus, cap. 14. Mela lib. 2, cap. 4. Strabo lib. 9. Herodot. lib. 7. in Polyhymn. Lucan. lib. 6. Pharſal.

V. 104. -καὶ αἱ Χειρωνίδος] Pelii montis notatio, in quo Chiron Theſſalus, λίθινον πάγος (vt Pindarus vocat) id eſt lapideam domum, habuit: vbi Iaſonem, Achillem & alios heroas educauit. Heſiod. in Theog.

V. 105. -δι' Τεμπέων] AElianus lib. 3, cap. 1, δι' μέσων δὲ Τεμπῶν ὁ Πηνειὸς ποταμὸς ἔρχεται, βραδὺς καὶ πρᾴως ῥέων, ἐλαίου δίκην. Id eſt, Per media Tempe Peneus amnis tardè lenitérque ac in morem olei defluit. Vide locum.

V. 118. Πήλιον αἰ Φιλύρης γυμφίον] Pelion Theſſaliæ mons in ſinum Pelaſgicum incumbens, in quo Philyre Oceani filia Chironem ex Saturno conceptum enixa eſt, teſte Apollonio Rhodio, Argon. 2. Vide & Pindarum hymno 4, Pyth.

V. 121. Τὼ δ' ἦρα] Elegans παρανυμφία, qua fingit Peneum fluuium Latonæ benigniſsimè reſpondentem, vt qui paratus ſit ad omnes amicitiæ ac benuolentię partes deſcendere, & poſthabitis omnibus periculis, eam hoſpitio

ſuo fouere ac protegere. Quod beneficium vt amplificetur, priùs pericula exponit, quæ ſibi à Latonæ inimicis imminere atque inferri poterant.

V.122. -Δεινὴ γάρ, μεγάλη θεός] Exordium à loco communi ductum, quo vim neceſsitatis exaggerat, deam magnam ac potentem vocans, vt cui nemo reſiſtere queat. Verè enim Prometheus apud AEſchylum.

Τὸ τῆς ἀνάγκης ἔστ' ἀδύνατον δόξαι. Id eſt,
Neceſsitatis vis inexpugnabilis. Et rurſum,
Τέχνη δ' ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ. Id eſt,
Ars eſt neceſsitate longè infirmior. Tecmeſſa apud Sophoclem,
Ὦ δέσποτ' Αἶαν, τῆς ἀναγκαίας τύχας
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν. Id eſt,
O domine mi Aiax, non eſt grandius malum
Mortalibus datum vllum quàm neceſsitas. Orpheus in Thymiamate Noctis, -δεινὴ δὲ ἀνάγκη πάντα κρατύνει. Id eſt, Omnia vis fati certa cum lege cohercet. Menelaus apud Euripidem in Helena,

Λόγος γὰρ οὐκ ἔστιν ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος
Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον. Id eſt,
Non eſt meus ſermo, ſed vox ſapientium,
Dura neceſsitate eſſe nihil validius. Plura in hymnum 6, infrà.

V.129. Ταῦτ' ἐμαῖς φρεσὶν ἔκρα πάλα] Poſtquam Peneus ſecum deliberauit vtrum ſatius ſit Latonæ afflictæ opem ferre, an temerè ſe in diſcrimen aliquod coniicere: tandem hæc alternanti potior ſententia viſa eſt, vt malit vitæ ac capitis, fortunarúmque ſuarum diſcrimen ſubire, omniáque ſua in dubium vocare, quàm honeſti amici officium in ſupplice releuanda turpiter deſerere. Qua in re viri boni præ ſe fert imaginem Peneus, vt qui nullis hoſtium minis nulliſque periculis ab honeſtè & laudatè factis dimoueri ſe patitur: & ſi fractus illabatur orbis, impauidum ferient ruinæ.

V.132. -κάλεσμόνον Εἰλείθυιαν] Quomodo Latona imploret opem Lucinæ, quum ea nondum nata ſit? ſiquidem Diana eadem eſt quæ Lucina aliâs dicitur: vt ſuprà demonſtrauimus, & ex Platonis Theæteto clarè intelligi poteſt. Nodus hic ex Pauſania explicari poterit, qui in Atticis aliam Lucinam, & à Diana diuerſam, filiámque Iunonis eſſe refert: quæ ab Hyperboreis profecta, Latonam in partu adiuuerit. Homerus in hymn. Apollinis fingit Lucinam à Iunone detentam, ne Latonæ parturienti ſuccurreret.

V.134. Παγγαίου τε θρῴσκουσα] Pangæum Thraciæ promontorium, Macedoniæ coniunctum, cuius Herodot. lib. 5. & 7. meminit: item Plin. lib. 4. cap. 11, Strabo 14. Eiuſdem Pindarus 4. Pyth. meminit.

V.137. -ἔτρεμε δ' Ὄσσης Οὔρεα] Amplificatio fragoris τραφολική. Oſſa & Pindus, montes: Cranon vrbs Theſſaliæ. de quibus Plinius lib. 4. cap. 8, Strabo lib. 9.

V.141. Ὡς δ' ὁπόθ' Αἰτναίου] Similitudine, ſeu comparatione, terræ ac montium tremorem exornat, ab AEtna, Siciliæ monte, deſumpta, quam Virgil. lib. 3. AEneid. feliciſsimè imitatus eſt. Cæterùm quod hîc Briareo Callimachus, idipſum Encelado Virgilius, & Virgilium imitatus Claudianus: Ouidius verò Typhoeo tribuit, vt eorum loci oſtendent. De AEtna autem monte Siciliæ, vide Plin. lib. 3. cap. 8, Strabonem lib. 6, Solinum cap. 11. Cæterùm Sicilia, Trinacria etiã dicitur à poetis, & Triquetra. Callimachus ſuprà, Αὖθι δὲ Τριακρίη Σικανὴ ἔδος. Vocatur autē Τριακρία, quaſi τρία ἄκρα ἔχουσα, autore Euſtathio, quòd tria habeat promontoria. Dionyſ. De ſitu orbis,

petit arduus astra duobus, Nomine Parnassus: superatque cacumine nubes. Statius medium cæli vocat, Lucanum sequutus, & Strabonem, qui lib. 9. refert, emissas duas à Ioue aquilas, alteram ab occidente, alteram ab oriente, illic recta linea coiuisse. Qua de causa Pindarus Delphos vmbilicum terræ vocat, 6, 8, & 11, Pythicorum ὀμφαλὸν. Vocat autem Parnasum πυφόεντα à niuium copia: quoniam ὄρος Παρνασσὸς καὶ ὁ Ἑλικὼν (teste Strabone) ὄρη ὑψηλὰ καὶ πυφοῦλα, & in Septentrionē vergentia.

V. 92. Ἀπὸ Πλειστοῦ καθίρπων] Plistus, fluuius Phocidis, ad Cirrham Delphorum naualem stationem & proximum mare defluens. Huius aquam in obsidione Cirrhæorum Solon ex aluco, vnde in vrbem influebat, aliò auertit. Pausan. in Phocicis.

V. 96. -καλοῖ λώβαντο γυναικὸς] Nioben notat, ob cuius maledicentiam & superbiam omnes liberi ab Apolline & Diana vno die perempti sunt. De numero liberorum variant scriptores, quorum diuersas sententias AElianus lib. 12. Var. hist. recitat. Hom. lib. vlt. Iliad. sex filios & sex filias meminit. Homerū sequutus Ouidius totidem ponit, quorum nomina recitat lib. 6. Metamorph. Plutarchus in libro de superstitione figmentum hoc poetarum perstringit, tanquam indignum Latona, vt quam huiusmodi crudelitatis & immanitatis ream agere nefas sit.

V. 98. -μελοίμην] Dicitur μελοίμην ἁγίων, actiuè, pios & sanctos curæ habeo: at μελοίμην ἁγίοις, passiuè, piis vicissim curæ sum, qui me amant, colunt & venerantur.

V. 100. Ἀλλ' ὅτ' Ἀχαιϊάδες] Pro Ἀχαιΐδες per ἐπίτασιν. De Achaia vide Plin. lib. 4. cap. 5. Paus. in Achaicis, Strabonem lib. 8. & Stephanum. Helice, Achaię vrbs, Neptuni templo & simulacro nobilis, ante pugnam Leuctricam terræ motu & fluctibus absorpta est, Olympiadis primæ & centesimæ anno quarto: teste Pausania. Cuius deletionis causa fuit, quòd Achæi, supplices è templo Neptuni abstractos trucidassent, vt ibidem refert Paus. Heliconii Neptuni meminit Homerus (testibus Strabone & Pausania) lib. 20, vbi Ἑλικώνιον ἄνακτα appellat. Bura, alterum Achaiæ oppidum, à Bura Xanthi & Helices filia, sic dictum: quod idem terræ motus qui Helicen euertit, tam vehementer perculit, vt in templis priscis omnia deorum simulacra corruerint. Pausanias in Achaicis. Meminit & Ouid. Metam. 15.

V. 103. Ἀφ' ἵππων Θετταλίων] De Thessalia eiúsque ciuitate Larissa, Peneo fluuio, & Tempis, Plin. lib. 4. cap. 8. Solinus, cap. 14. Mela lib. 2, cap. 4. Strabo lib. 9. Herodot. lib. 7. in Polyhymn. Lucan. lib. 6. Pharsal.

V. 104. -καὶ αἱ Χειρωνίδες] Pelii montis notatio, in quo Chiron Thessalus, λίθινον πίτυς (vt Pindarus vocat) id est lapideam domum, habuit: vbi Iasonem, Achillem & alios heroas educauit. Hesiod. in Theog.

V. 105. -διὰ Τεμπέων] AElianus lib. 3, cap. 1, διὰ μέσων δὲ Τεμπῶν ὁ Πηνειὸς ποταμὸς ἔρχεται, ῥοῇ τε καὶ ὁρμῇ θεσῖδν, ἐλαίου δίκην. Id est, Per media Tempe Peneus amnis tardè lenitérque ac in morem olei defluit. Vide locum.

V. 118. Πήλιον ὦ Φιλύρης νυμφήϊον] Pelion Thessaliæ mons in sinum Pelasgicum incumbens, in quo Philyre Oceani filia Chironem ex Saturno conceptum enixa est, teste Apollonio Rhodio, Argon. 2. Vide & Pindarum hymno 4, Pyth.

V. 121. Πηνὸν δ' ἅρα] Elegans μεσοποιία, qua fingit Peneum fluuium Latonæ benignissimè respondentem, vt qui paratus sit ad omnes amicitiæ ac beneuolentię partes descendere, & posthabitis omnibus periculis, eam hospitio

ſuo fouere ac protegere. Quod beneficium vt amplificetur, priùs pericula exponit, quæ ſibi à Latonæ inimicis imminere atque inferri poterant.

V.122. -Ἀναξαίη, μεγάλη θεός] Exordium à loco communi ductum, quo vim neceſsitatis exaggerat, deam magnam ac potentem vocans, vt cui nemo reſiſtere queat. Verè enim Prometheus apud AEſchylum,

Τὸ τῆς ἀνάγκης ἔστ' ἀδάμαστον σθένος. Id eſt,
Neceſsitatis vis inexpugnabilis. Et rurſum,
Τέχνη δ' ἀναγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ. Id eſt,
Ars eſt neceſsitate longè infirmior. Tecmeſſa apud Sophoclem,
Ὦ δέσποτ' Αἶαν, τῆς ἀναγκαίας τύχης
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν. Id eſt,
O domine mi Aiax, non eſt grandius malum
Mortalibus datum vllum quàm neceſsitas. Orpheus in Thymiamate Noctis, -δεινὴ δ' ἀνάγκη πάντα κρατύνει. Id eſt, Omnia vis fati certa cum lege cohercet. Menelaus apud Euripidem in Helena,
Λόγος γὰρ οὐκ ἔστιν ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος
Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν κακόν. Id eſt,
Non eſt meus ſermo, ſed vox ſapientium,
Dura neceſsitate eſſe nihil validius. Plura in hymnum 6, infrà.

V.129. Ταῦτα μαχόμενα πρὸ] Poſtquam Peneus ſecum deliberauit vtrum ſatius ſit Latonæ afflictæ opem ferre, an temerè ſe in diſcrimen aliquod coniicere: tandem hæc alternanti potior ſententia viſa eſt, vt malit vitæ ac capitis, fortunarúmque ſuarum diſcrimen ſubire, omniáque ſua in dubium vocare, quàm honeſti amici officium in ſupplice releuanda turpiter deſerere. Qua in re viri boni præ ſe fert imaginem Peneus, vt qui nullis hoſtium minis nulliſque periculis ab honeſtè & laudatè factis dimoueri ſe patitur: & ſi fractus illabatur orbis, impauidum ferient ruinæ.

V.132. -καλεῖ μόνον Εἰλείθυιαν] Quomodo Latona imploret opem Lucinæ, quum ea nondum nata ſit? ſiquidem Diana eadem eſt quæ Lucina aliàs dicitur: vt ſuprà demonſtrauimus, & ex Platonis Theæteto clarè intelligi poteſt. Nodus hic ex Pauſania explicari poterit, qui in Atticis aliam Lucinam, & à Diana diuerſam, filiámque Iunonis eſſe refert: quæ ab Hyperboreis profecta, Latonam in partu adiuuerit. Homerus in hymn. Apollinis fingit Lucinam à Iunone detentam, ne Latonæ parturienti ſuccurreret.

V.134. Παγγαίου θρῃκίλυμα] Pangæum Thraciæ promontorium, Macedoniæ coniunctum, cuius Herodot. lib. 5. & 7. meminit: item Plin. lib. 4. cap. 11, Strabo 14. Eiuſdem Pindarus 4. Pyth. meminit.

V.137. -ἔτρεμε δ' Ὄσσης Οὔρεα] Amplificatio fragoris θεσσαλική. Oſſa & Pindus, montes: Cranon vrbs Theſſaliæ. de quibus Plinius lib. 4. cap. 8, Strabo lib. 9.

V.141. Ὡς δ' ὅτ' Αἰτναίου] Similitudine, ſeu comparatione, terræ ac montium tremorem exornat, ab AEtna, Siciliæ monte, deſumpta, quam Virgil. lib. 3. AEneid. feliciſsimè imitatus eſt. Cæterùm quod hîc Briareo Callimachus, idipſum Encelado Virgilius, & Virgilium imitatus Claudianus: Ouidius verò Typhoeo tribuit, vt eorum loci oſtendent. De AEtna autem monte Siciliæ, vide Plin. lib. 3. cap. 8, Strabonem lib. 6, Solinum cap. 11. Cæterùm Sicilia, Trinacria etiã dicitur à poetis, & Triquetra. Callimachus ſuprà, Αὖτε δὲ Τειρακείη Σικανὴν ἴδος. Vocatur autẽ Τειρακεία, quaſi τρία ἄκρα ἔχουσα, autore Euſtathio, quòd tria habeat promontoria. Dionyſ. De ſitu orbis,

Ἐκ δέ οἱ, Πάχυός τε, Πελωρίς τε, Λιλύβη τε·
Ἀλλ' ἤτοι Λιλύβη μὲν ὅτι ῥιπὴν ζεφύροιο
Εἰσανέχει, Πάχυος δὲ πρὸς αὐγὰς αὐτάρ ὑπ' Ἄρκτης
Ἡνεμόεσσα Πελωρὶς, ἐς Δύσσιλον ὁρώσα.

Ouid.13.Metam. -tribus hæc exarrit in æquora linguis,
E quibus imbriferos uersa est Pachynos, ad austros,
Mollibus expositum Zephyris Lilybæon, ad arctos
AEquoris experæ spectat Boreamque Pelorus. Est & apud Claudianum lib.1,De raptu,elegans Siciliæ descriptio,quæ huc referri debet.

V.150. Εἰσὶν οἱ Κοιακὶς]Latona Cœi & Phœbes filia fuit.vnde Cœis ipsa & Cœantis ab Orpheo dicitur Hesiod.in Theog.& Ouid. Metam.6.A nomine Κοῖος fit Κοιακὶς,sicut ἀπὸ τῦ Πέλοπος fit Πελοπὶς : & vitandi hiatus causa, κ interponitur.

Ibidem. Σώζεο χαίρων, Σώζεο] Mutuæ beneuolentiæ signum & exemplum est Latona,quæ non vult vt Peneus in sui gratiam periclitetur: sed Thessalia potius excedere parata est, quàm sua præsentia mali quippiam periculíve toti regioni conciliare.

V.153. -ἔσχατιόωσι] Exposita inhospitalitate Græciæ & finitimarum regionum,in terra continenti,nunc ad insulas se conuertit.

V.156. -φιλοξεινοτάτη ἄλλων] Corcyram hospitalem fuisse ex Homero intelligitur, apud quem Vlysses Alcinoi regis Phæacum hospitio benignissimè susciptur.

V.160. Ὀγυγίῃ δ' ἔπικλα Κόων Μεροπίδα] Cos insula maris AEgęi,vna Sporadum,olim Meropos dicta, ἀπὸ τῦ γηγενοῦς Μέροπος, ab indigena quodam Merope:deinde & Cos ἀπὸ τῆς Κατ' ἐκείνους Μεροπίδος,à quo filia Meropis. Dicitur & Κῶος & Κῷος, Steph. Huius insulæ descriptionem pete ex Strab. lib. 14.& Plin.lib.5.cap.31,

V.161. -Χαλκιόπης] Orpheus in Argon. Chalciopen quandam nominat, Phryxi coniugem,& Argi matrem,quam Ouid.in epist. Helenæ Medeæ sororem facit. Ἄργος ἐυμμελίης Φρίξου παῖς, ὃν ῥα τέκετο Χαλκιόπη.i. Argus, quē Phrixo cōceptum patre sub auras Chalciope peperit. Plutarchus in quæst. Græcorū, quo loco causam adfert ob quam Herculis sacerdos apud Coos vestitu muliebri sacra faciat,Alciopi regis meminit,cuius filiam ab Hercule ductam esse refert.

V.162. -Μὴ σύ γε μῆτερ] Gratulaturus poeta Ptolemæo Philadelpho, AEgyptiorum regi, fingit Apollinem in Co insula pronasci voluisse: ne honori & gloriæ Ptolemæi aliquid decederet, qui in ista insula natus & educatus est: eámque natiuitate sua,non minus quàm Apelles aut Hippocrates, illustriorē ac nobiliorem fecit. Quod idem Theocritus Idyllio 17. affirmat. vbi etiam Con gestientem & blandissimè salutantem τὸ νεογιλὸν βρέφος (puerum recèns editum)fingit, sibique adeò de illustri hoc alumno gratulantem.

V.164. -ἐπὶ λιπαρὴ πυκὰ δῶτις] Fertilem esse Con,etiam Strabo testatur.

V.166. -φοίνικι μίτρῃ] Mitra,regium diadema:pro regno,metonymicé.

V.167. -Μακηδὼν κοιρανέεσθαι.] Ptolemæus dicitur Macedo à maioribus, qui Macedones fuerunt,& Alexandro magno in imperio successerunt. Pausanias in Atticis refert,Ptolemæum,patrem Philadelphi,re, Philippi Amyntæ filii, verbo tantùm, Lagi filium fuisse. Idem in Eliac. posterioribus tradit Ptolemæum in Olympia statuam dedicasse, cui se Macedonem inser bēdum curarit, quum rex AEgypti esset.

V.168. Ἀμφοτέρη μισόγλα] De potentia Ptolemæi primo hymno quædam diximus: plura apud Theocritum Idyllio citato reperies.

V.171. Καὶ νύ πη ξωὸς πς] Vaticinium Apollinis de bello Celtico, quod Brennus Gallorum dux Olympiadis 125 anno secundo, circa annum mundi 3723, toti Græciæ intulit, & templum Apollinis Delphicum spoliauit. Quo à Græcis pugna superato, reliquiæ Celtarum, quorum erant quatuor millia circiter, à Maga Cyrenæorum præfecto conductæ sunt, vt sibi in AEgypto occupanda auxilio essent. Eos Philadelphus in desertam insulam per Nilū deduxit, quo in loco ad vnum omnes, cùm mutuis confossi vulneribus, tum fame enecti perierunt. Paus. in Atticis. Qua de causa commune sibi cum Philadelpho bellum hoc Celticum fore, Apollo vaticinari fingitur.

V.173. -Κελτὸν αἰασόμενος κρήνα] Bellum hoc copiosè describit Pausanias lib. vlt. in Phocicis: vnde reliqua quæ huc pertinebunt, petenda sunt.

V.174. Ὀψίγονοι ἥρωες] Gigantum posteros vocat, quoniam vt gigantes cœlum expugnare aggressi & arma cœlestibus inferre non dubitarunt, sic Celtæ Apollinem bello adorti sunt, eiúsque templum diripuerunt, & incendiis euerterunt. Propertius lib 3.

Torrida sacrilegum testantur limina Brennum,
Dum petit immensi Pythia regna dei.

V.175. -τιφάσσατο λαὸς] Multitudinem & numerum Celtarum Pausanias in Phocicis expressit. Nomina (inquit) in hanc iam tertiam expeditionem dederunt, peditum centum & quinquaginta millia, equites vicies mille & quadringenti. Atque hæc quidem equitum manus, tota ad pugnam idonea. nam verior numerus fuêre supra sexaginta equitum millia, amplius mille & ducenti. Nam singulos equites famuli sequebantur duo, in equis & ipsi, & equestriū artium maximè gnari.

V.177. Φρούσσα, καὶ κῶμαι Λοκρῶν] Locri, populi Græciæ, finitimi AEtolis, qui latus Parnassi occiduum accolunt, teste Strab. in 9. Geogr. Reliqua Plin. lib. 4. cap. 3. De campo Crissæo Strabo hæc prodidit: πρόκειται τῇ Κίρρᾳ τὸ Κρισσαῖον πεδίον, εὔκαρπον. id est, Ante Cirrham Locrorum vrbem situs est Crissæus campus, vber & felix. Eiusdem mentionem facit Pind. hymno 5, Pyth. Κρισσαῖον λεῖμον appellans. De Delphis suprà diximus.

V.181. Ἀλλ' ἤδη πρόσω νόον] Apollo de futuris olim rebus, vt de præsentibus, narrat, quia Deo omnia præsentia. Vide quæ Centaurus Apollini apud Pindarum in Pythiis respondet.

V.182. -ἤδη δὲ θεᾶς τεμένεσσιν] Templum Delphicum à Gallis direptum & expilatum esse, præter Pausaniam etiam Strabo lib. 4. Geograph. testatur, qui Delphicam pecuniam à Tectosagibus domum Tolosam reportatam esse refert: cuius sacrilegii Cępio postea particeps & socius factus sit. Vide prouerbium, Aurum habet Tolosanum.

V.185. -πίων αἰ μὲν ἐμοὶ γένος] Quantâ maiestate & quibus prodigiis Apollo Delphicus templum & aras suas, immissis fulminibus & furiis in Celtas, vindicauerit, copiosè explicat Pausanias.

V.191. Ἔστι δὲ Δηλιὰς] Topographia insulæ Deli, in qua errabundam in fluctibus agitationem describit & amplificat. Huc refer epistolam Cydippes apud Ouidium.

V.199. Γεραίστου ἔπιον φῶτες] Geræstus Eubœæ promontorium, versus meridiem respiciens. Plin. lib. 4. cap. 12. Quod autem in medio insularum constitisse dicit, eo situm Deli indicare voluit. nam reliquæ insulæ circuli more eam

citcundant: vnde & nomen habet, teſtibus Plinio & Dionyſio.

V.200. Ἔστις δ' ὦ μίμνηστα] Apud Lucianum in Dialogis marinis, Neptunus acceptoſab Iride Iouis mandato, Deli errorem ſiſtere, & radices in maris fundo terræ alligare fingitur. Sic enim ait, Στῆθι ὦ νῆσε, καὶ αἰάδε δὲ αὖτις ἐκ τῆ βυθοῦ, καὶ μηκέτι ὑποφέρου· ἀλλὰ βεβαίως μίμνε, καὶ ὑπόδεξαι, ὦ δαιμονεστάτη, τὼ ἀδελφοῦ τὼ ἐμὼ δύο, τὼς καλλίστως τῶν θεῶν. i. Siſte curſum inſula, ac rurſum è fundo emerge, nec pòſt amplius aberres: ſed firmiter perſiſte ac ſuſcipe, beatiſsima inſula, fratris tui liberos duos, omnium deorum longè formoſiſsimos ac pulcherrimos.

V.201. Φῦτος ἀπὰν καπφλιξας] Hæc propter Deli ſterilitatem mihi dici videntur, in qua ne algæ quidem proueniunt, propter ſolum informe & ſabuloſum. Itaque Homerus de eadem in hymnis,

Οὐδ' ἔσῃ σὺ ἔπειτα οἴομαι, οὐδὲ βόμπλον·
Οὐδὲ πρύλιν οἰσεις, οὔτ' ἀρ φυτὰ μυρία φύσεις. Id eſt,
Non tu bobus eris ouibúſve opulenta ſuperbis:
Nec vinum paries, nec germina multa creabis.

V.206. Ἔζετο δ' Ἰνωποῖο] Inopus, Deli fluuius, non magnus: quando & ipſa inſula parua eſt, vt ait Strabo. De hoc in præcedenti hymno dictum.

V.207. -ὅτε πλήθοντα ῥεέθρῳ Νεῖλος] De Nili AEgypti fluuii incremento & annua exundatione, qua totam AEgyptum, pingui limo relicto, olim irrigauit, variæ philoſophorum fuêre ſententiæ: quas Plutarch. lib. 4. De placit. philoſ. cap. 1. recitat. Herodotus in Euterpe, quum plures eáſque diuerſas veterũ ſcriptorum opiniones enumeraſſet ac reiecisſet, tandem & ſuam adiicit: cuius & Plutarchus meminit, quem vide. necnon Diodorum Siculum. Plinio maximè probabiles huius incrementi cauſæ videntur, Eteſiarum eo tempore ex aduerſo flantium repercuſſus, vltrò in ora acto mari: aut imbres AEthiopiæ æſtiui, iiſdem Eteſiis nubila illò ferentibus è reliquo orbe. Ab hac autẽ poſteriori ſententia non diſſentit Strabo. apud quem lib. 17. Geogr. hæc reperiuntur, οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι τεκμαιρόμενοι τὸ πλέον, οἱ δ' ὕστερον, αὐτόπται γεγονότες, ἔφασαν ὑπὸ ὄμβρων θερινῶν πληρούμενον τὸν Νεῖλον, τῆς Αἰθιοπίας τῆς ἄνω κλυζομένης, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄρεσι· παυομένων δὲ τῶν ὄμβρων, παυομένην κατ' ὀλίγον τὴν πλημμυρίδα. Id eſt, Antiqui, coniectura, recentiores etiam viſu ipſo deprehenderunt, ab imbribus æſtiuis qui ſuperiorem AEthiopiam, maximè in extremis montibus, proluunt, Nilũ augeri: ceſſantibus verò imbribus, paulatim ceſſare & ipſam inundationem. Atque eôdem Callimachus reſpicere videtur, quum inquit Nilum, quando augetur, ὑπὸ κρημνοῦ Αἰθιοπῆος καπήρχεται. id eſt, ex montibus AEthiopiæ eminẽtiſsimis deſcendere. Tibull. lib. 1. eleg. 7. ad priorem cauſam reſpicit,

Qualis & albentes quum findit Sirius agros
Fertilis æſtiua Nilus abundat aqua. &c. Eôdem alludit Ouid. 1. Metamor. Plura qui cupit, is Lucan. lib. 10. legat, & Claudianum de Nilo fluuio: præterea Lucretium lib. 6. & Senec. lib. 3. Natural. Ariſtotelis quæ ſit ſententia, pauciſsimis ab autore in 1. Μετεωρ. exponitur. quo loco Nili fontem è monte Argyro deriuat. Sed plura de hîs diſputare, non eſt huius loci: ne (quod prouerbio dicitur) Nili fontes quærere videamur.

V.210. Φοίνικος ποτὲ πρέμνον] Palma in Delo, omnium arborum vetuſtiſsima fuit, quæ multis ſæculis, religione patrum & multos ſeruata per annos, in illa inſula floruit. Cic. 1. De legib. in Delo eam vidiſſe ſe profitetur. Et Plin. de eadem lib. 16. cap. vltimo, Necnon (inquit) palma Deli ab eiuſdem dei Apollinis ætate conſpicitur. Pauſanias in Arcadicis eandem inter vetuſtiſsimas arbores nominat. Eandem ante Homeri tempora viguiſſe ex 6. lib. Odyſſ.

clarè

clarè intelligitur. Iam ab Homeri ætate, qua arborē hanc extitisse certum est, ad Pausaniam qui temporibus Adriani Cæsaris floruit, anni sunt mille nongenti, & amplius. Callimachus verò multo vetustiorē facit, vtpote ad quam Latona Apollinem & Dianam pepererit. Quod idem Homerus fatetur in hymno Apollinis. Meminit eius & Theognis. Ouidius 6. Metam. inter duas arbores enixam esse Latonā scribit, oleam nimirum & palmam. Versus hi sunt,

Illic mambens cum Palladis arbore palmæ, *Edidit muta geminos Latona nouerca.*

Idem in epist. Cydippes,

Miror & innumeris structum de cornibus aram,

Et de qua pariens arbore nixa dea est. Vt autem de Iouis patria diuersæ gentium ac populorum fuerunt sententiæ, modò his, modò aliis eum sibi vindicantibus: ita de Apollinis & Dianæ patria & natalibus aliæ atque aliæ gentes digladiatæ sunt. Nam Tegyræi apud se natum Apollinem aiebant, & in sua ciuitate duos fontes monstrabant, quorum alter Palma, alter Oliua dicebatur: montémque Delum nomine, vbi ea acciderint quæ de Pythone & Tityo referebantur. Cuius rei testis est Plutarchus in vita Pelopidæ. Cornelius Tacitus lib. 3. Annal. Ephesios eiusdem rei gloriam sibi vindicare refert. Herodot. autem in Euterpe Apollinem & Dianam, ex Dionysio & Iride procreatos, & in insula Plote editos esse, de sententia AEgyptiorum prodidit.

V. 215. Νύμφα Διὸς βαρύθυμε] Apostrophe, qua orationem à Latonæ doloribus ad Iunonem conuertit, quam βαρύθυμον (hoc est iracundam & bilioſam) vocat, vt quæ offensa crudelissimè persequebatur quos oderat.

V. 216. -σεσπόμενόν ἀγγελίωνες] Iridem, Iunonis famulam & speculatricem, fingit de Asteries iniuria & Latonæ partu conquerentem, & pœnam deorum contemptoribus (qualis videbatur illi Asterie seu Delus) diuinitus irrogari cupientem. Principium constat beneuolentia, quæ à persona Iunonis captatur. Narratio breuis est & perspicua. Inde additur petitio. Homerus tamen Iridē Latonæ beneuolam facit, in hymnis: itémque Lucianus in dialogis. At Callimachus ad naturam aeris respexit, in quo Iris repræsentatur, vt docet Aristot. lib. 3. Meteorol. cap. 4. & Plutarch. De plac. philos. lib. 3. cap. 5. Iuno enim nihil aliud quàm aer esse intelligitur, sicuti ipsum nomen indicat: quia ἥρα per metathesin ἀὴρ facit.

V. 227. Τμετέροις] Pro σοῖς, seruis tuis, Marti & Iridi: qui mandatum tuum in persequenda Latona vbique terrarum exequuntur.

V. 228. -ἴζε, κύων ὡς] Elegans comparatio, qua Iridis vigilantiam exornat: sumpta à cane venatico, cuius vigiliam & diligentiam in hero obseruando, mirificis verbis exprimit.

V. 240. Οὔπω τῶδ' ἔλυσε] Imuectiua Iunonis, qua pellices Iouis ob amores furtiuos exagitat. Asteriæ tamen ignoscit, pudicitiæ eius memor, quòd olim ipsa Iouis concubitus auersata esset. Notat autem meretricum partus clandestinos, quos illæ non in cœtu fœminarum, vt honestæ matronæ, sed in diuerticulis & lustris edunt, turpitudini suæ latibula quærentes. Cuius rei exempla qui nulla habet, Iuuenalem Satyra 6, legat.

V. 242. Δυσμενὲς μογέουσιν ἀλκτείδες] Sunt propriè ἀλκτείδες, virgines quæ liba ad sacrificiorū vsus præparabant. Nec ineptè, opinor, ἀλκτείδες legi posset, quasi ὁμοκτείδες concubinæ, lecti consortes. Aristophanis tamen interpres in Pace, καὶ ἀλκτείδες (inquit) πλωσθρὸς (pistrix) τῶν ἀπὸ Καλλιμάχου.

V. 249. -κύκνοι δὲ θεοῦ] Olor Phœbo sacer ales, propter vocis suauitatem: vel (vt Cicero in 1. Tuscul. scripsit) quòd cygni ab eo diuinationem habere

videantur: quia prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriantur. De Mæonia & Pactolo aurifluo Lydiæ amne, vide Plin. lib.5.cap. 29. Hesiodus in Diebus refert, Apollinem die septimo natum esse, ideóque diem illum sacrum haberi. Qua de causa Hebdomágena dictus est Apollo, vt Plutarch. 8.lib.Sympos. docet.

V.253. -ἑπτάχορδα λύρας] Macrob. lib.1.Sat.cap. 19, Lyra Apollinis, chordarú septem, tot cœlestium sphærarum motus præstat intelligi, quibus solem moderatorem natura constituit. Et Mercurius similiter lyræ suæ, autore Homero, ἑπτὰ συμφώνους εἶπεν ἐπαύσατο χορδάς. Et Orpheus apud inferos *Obloquitur numerus septem discrimina vocum.* Vide Macrobium.

V.256. Νύμφαι Δηλιάδες] Ritum illum quo puellæ in Delo hymnum Apollini & Dianæ, virginibúsque Hyperboreis canebant (quem ab Olene factum esse infrà demonstrat) vetustate donat: ostendens, iam inde à partu Latonæ vsu receptum fuisse. Idem testatur Homerus in Hym. Apollinis.

V.260. Χρύσεά πη πᾶσα] Felicitatem Deli, quam ex Apollinis natiuitate consequuta sit, à signis amplificat: ostendens, nato Apolline omnia in Delo aurea facta esse. Quod de templi Deliaci magnificentia intelligendum: id enim donariis, anathematis, & auro ditissimum fuit. Locum hunc ex Homero mutuatus esse videtur: ita tamen vt quæ Homerus tribus (quod aiunt) verbis perstrinxit, ea Callimachus eleganti & copiosa oratione exprimat. Nam quod Homerus generatim dicit, omnem Delum auro perfusam esse, nato Apolline, id Callimachus distributione quadam amplificat. Quod ille vno exprimit verbo γηθοσύνη, gaudio repleta est Delus, id noster hic ἁλογισμῷ exornauit, Delum hilari voce exultantem faciens. Quod denique Homerus ait, omnibus reliquis insulis & terris hanc vnam præferri, arctiúsq; amari ab Apolline: hoc noster inductione & ἐπεξεργασίᾳ locorum illustrat. Sed adscribamus Homeri versus, qui tales sunt,

-χρυσῷ δ' ἄρα Δῆλος ἅπασα
Βεβρίθει, καθορῶσα Διὸς Λητοῦς τε φυτάλμω,
Γηθοσύνῃ ὅτι μιν Διὸς ἔκτισε οἰκία ἁδτῇ,
Νήσων, ἠπείρου τε φίλησι δὲ κηρόθι μᾶλλον. Id est,
Auro tota fuit Delus repleta nitenti,
Læta videns prolem Ioue Latonáque creatam,
Quòd foret hîc sedem, neglectis omnibus oris
Et maris & terræ, fixurus amicus Apollo.

V.271. Οὐ Κερχνὶς] Vitiosa est hæc lectio, & pro ea Κεγχρὶς substituendum: quod Plinii, Strabonis & Stephani aliorúmque testimoniis planũ facere quid opus est? Cenchris enim (quæ & Cenchrea dicitur) ciuitas & nauale est in sinu Corinthiaco, vt Stephanus, seu Isthmi pars altera, cum delubro Neptuni quinquennalibus ludis inclyto, vt tradit Plin. lib. 4. cap. 4, & 5. De Cenchreis & Lechæo promontoriis Isthmi, plura reperies apud Pausaniam in Corinth. Strab. lib. 8. Pindari interpretem in principio Isthmiorum: & in vita Thesei, apud Plutarchum.

V.272. Οὔ πάρος Ἑρμείῃ Κυλλήνιος] Cyllene, mons est Arcadiæ, situs contra Siciliam, maritimis nauium appulsibus opportuno portu præditus, ab Arcade quodam nomen sortitus, vt indicat Pausanias in Eliacis post. vel à Naiade Cyllene, vt visum est Stephano. In hoc monte natum ex Maia & educatum à Cyllene nympha Mercurium ferũt: in cuius summo vertice eiusdem dei templum erat: quem religiosissimè incolæ eorum finium venerantur, teste Paus.

in Eliac. poſter.& Homero in hymno Mercurii.

V.276. –οὐδέ σ' Ἐνυὼ] Laudat Delum ab immunitate templi, pace publica & tranquillitate ſempiterna.Fuiſſe autem à bello liberam, & ſecuram armorum hanc inſulam Herodotus,exemplo Datis, Perſarum ſatrapæ,oſtendit in Erat.lib.6. Idem Corinthiorum exemplo comprobat Strabo, quos, euerſa à Romanis Corintho, in Delum profugiſſe tradit. Pauſan.in Phoc.addit, Datin non magis oratione qua ad Delios vſus eſt,quàm re ipſa declaraſſe, quàm impenſè deos vereretur. nam quum Apollinis ſignum in naui Phœniſſa reperiſſet, illud ſtatim Tanagræis Delum reportandum tradidiſſe. Menophanes tamen quidam, Mithridatis dux copiarum, in Delum & murorum & armorum præſidio carentem,cum claſſe inuaſit:vbi & peregrinis qui illic tum fortè erant,& ciuibus cæſis,negotiatorum pecunia direpta, donariis compilatis, coniugibus Deliorum & liberis ſub corona venditis,ipſam etiam vrbem ſolo æquauit: vt idem Pauſ.in Lacon.teſtatur.

V.277. Οὐδ' Ἀΐδης] Metonymia,deus mortis,pro ipſa morte ponitur.Morti in Delios nullum fuit imperium, non quòd ipſi non morerentur:ſed quia in Delo mori,aut mortuum ſepeliri,nefas erat. Nequis enim ibi moreretur,neu qua mulier pareret, edicto vetuerunt Athenienſes, autore Thucydide. Aegroti verò in Rheneam vicinam inſulam,in qua Deliorum erant monumenta,deportabantur. Vnde Pauſanias Cleombroti filius, quum Delii de inſula cũ Athenienſibus haberent controuerſiam,atque inter cætera dicerent quòd ex more regionis,neque mulieres in inſula parerent, neque mortui ſepelirentur:Quomodo,inquit,hæc inſula erit veſtra patria, in qua neque fuit quiſquã veſtrûm,nec futurus eſt?

V.278. Ἀλλά σε ἀμφιπίτις] A ſacrificiis commendat Delum, oſtendens,à quatuor mundi plagis,& extremis terrarum oris, decimas & fruges aliáque ſacrificia in eam aduehi. Idem Homerus ait,

Αἰδὶς κ' Ἀπόλλωνος ἑκατήβολου ναὸν ἵκηαι,
Ἄνθρωποί σε πάντες ἀγινεῦσιν ἑκατόμβας,
Ἐνθάδ' ἀγαυρόφρονες, κνίσση δέ σε πᾶσιν ἀϊεί. &c. Id eſt,
Donec eris Phœbi felix atque inclyta templo,
Omnes ſacra ferent tibi,Dele ampliſsima, gentes,
Et ſemper gratus tibi ſurget ad æthera nidor. Strabo lib.10.idem refert. Dionyſius De ſitu orbis ſacra hæc anniuerſaria verno tẽpore, (–δῆτ' ἐν ὥρῃσιν Ἀνθρώπων ἀπάνθρωπα νέμει λιβύφθογγος ἀηδών)peragi ſolita,verſibus cecinit.Cõſueuit autem omnibus ſeculis antiquitas eos alere communi ſumptu, qui ſacris operam dantes, laboribus manuariis victum aliunde comparare nõ poſſunt. Et hoc eſt quod Homerus adiicit, Delum paſci Χερὸς ἀπ' ἀμοιβῆς· ἐπὶ οὔχ οἱ πίαρ ἔπ' οὐδας.

V. 281. –καὶ οἱ καθύπερθε βορέης] Notatio Hyperboreorum,qui vltra Aquilonem penè Pterophoron incolunt,gens beatiſsima,vt Solinus cap.21.refert. Aiunt etiam ſolitos Hyperboreos per virgines probatiſsimas, frugum primitias Apollini Delio miſsitare. Idem. De horum populorum ſitu Strabo lib. primo & vndecimo contra Eratoſthenem & Herodotum diſputat. Eorundẽ mores & felicitatem Pindarus lib.10. ὠδὴ Pythiorum deſcribit. Vide Plin. lib.4.cap.12.

V.282. –πολυχρονιώτατον αἷμα] Hyperboreorum terra (inquit Mela)anguſta, aprica,per ſe fertilis:cultores iuſtiſsimi,& diutius quàm vlli mortaliũ viuunt. Pindarus eoſdem morborum & laborioſæ ſenectutis immunes eſſe canit. At

Strabo lib.15, fabulosa hæc esse censet, περὶ δὲ τῶν χλιετῶν (inquiens) Ὑπερβορέων τε αὐτὰ λέγειν Σιμωνίδην, Πίνδαρον, καὶ ἄλλους μυθολόγους.

V.284. -ἃ Δωδώνηθι] Eundem ὁδοιπορίας ordinem quo Hyperborei in Delum iter faciunt, Herodotus obseruat: vt non immeritò poeta illum locum imitatus esse videatur. Eius autem verba vide in Melpomene.

V.286. -ἀμφήκεα λέβητα] Lebetum Dodonæorum Virg. 3. AEneid. meminit. Eorundem Erasm. in prouerb. AEs Dodonæum. Strabo à solis viris apud Dodonam reddi oracula autor est, quos Tomuros dictos esse, in fine lib. 7. ex Homero probat. Ἀπὸ δὲ τοῦ Τμάρου (inquit) τοὺς ὑπὸ δρυὸς λεγομένους ὑποφήτας τοῦ Διός, οὓς καὶ αἰτιολόποδας χαμαιβάτας καλοῦσι, Τμάρους φασὶ λεχθῆναι. Id est, A Tomaro, eos qui dicti sunt à poeta Iouis sacerdotes, illotisq; pedibus humi cubantes, Tomoros appellatos esse perhibent. Homer. lib. 16. Iliadis,

Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε, πελασγικέ, τηλόθι ναίων,
Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου· ἀμφὶ δὲ σοὶ
Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται, αἰτιόπιδες, χαμαιβῶται. Vide eundem 16, Odyss. Soph. in Trachin. χαμαικοιτοῦσας appellat. Dodona autem ciuitas est Molossidis in Epiro, vt Steph. & Plin. docent, quibuscum & Mela consentit. At Pausanias Thesprotidis vrbem facit.

V.287. -Μηλίδος] Melidem oppidum Thrachinis esse scholiastes annotat. Herodot. sinum Meliensem nominat, quem Strabo & Stephanus Meliacum. Thucyd. lib. 3. Melienses in tres populos distinguit, Paralios, Hierenses, & Trachinios. Idem sinus Meliaci in 4. sic meminit, καὶ οἱ Βοιωτοὶ ἐξ ὧν μετεπεμψάμενοι ἔκτισαν τῆς Μηλιέως κόλπου οἰκήσαντες καὶ σφετερισάμενοι. &c. Quo ex loco intelligitur Melienses iaculis & fundis in bello valuisse.

V.289. -πεδίον Ληλάντιον] Lelantus fluuius est Eubœæ, & campus Lelantius supra Chalcidem, in quo aquæ calidæ (Hellopiæ dictæ, teste Plinio) erumpũt, ad sanandos morbos accommodæ: Strabo lib. 9. Et Hom. in hym. Apollinis,

Σῆς δ' ὀδὸς Ληλάντῳ πεδίῳ, τό τοι οὐχ ἅδε θυμῷ.

Ibidem. -οὐδ' ἔπι μακρὸς Ὄλυμπος] Nam inter Geræstum Eubœæ promontorium, & insulam Delum, duntaxat 26 millia passuum interueniunt, vt ex Plinio intelligitur.

V.291. Πρῶται πὶ τὰδ' ἔνεικαν] Hyperboreos initio sacra sua per duas virgines, Hyperocham & Laodicen, & cum ipsis vnà quinque iuuenes è popularibus, tutelæ causa in Delum misisse, deinde verò per populos, subinde tradentes vlterioribus, præter Melã, etiã Herodot. in Melpom. testatur. cuius cõsuetudinis causam ibidẽ assignat. Vide & Diodorũ Siculum, lib. 3. Antiq. cap. 11.

Ibidem. -ξανθῶν Σκυθαμαζόνων] Arimaspi, Scythiæ Europeæ populi, finitimi Hyperboreis, quasi μονόφθαλμοι (vnoculi) dicti, teste Herodoto. εἰσὶ γὰρ οὗτοι ἄνδρες σκυθικοί, μάχιμοι δέ, οἱ ἕνα ὀφθαλμόν. Eustathius in Dionys. vnoculos dici, καὶ μονῶπα σφᾶς ab AEschylo nominari putat: quoniam ἐξικνοῦνται ὄντες, ὅπη μούνοισι τὸν ἕτερον ὀφθαλμόν. id est, quòd, quum sint peritissimi sagittarii, altero oculo conniueãt. Qua de causa ἀρίμανεῖς (id est bellaces) vocat Dionysius: ξανθοὺς verò Callimachus, propter capillos auro ligari solitos: vt Lucanus testatur, inquiens,

Hinc & Sidoniæ gentes, auroque ligatas
Substringens Arimaspe comas. Plura de iisdem lege apud Strabonem lib. 11, & Plin. lib. 4. cap. 12.

V.292. Οὔπις π Λοξώπ] Callimachus, Olenis carmen sequutus, tres recenset Hyperboreas puellas, Vpin, Loxo & Hecaergen. Herodotus Opin & Argin nominat. Pausanias in prior. Eliacis, Post Olenem canticum Melanopus

Cumæus in Opin & Hecaergen decantauit,& illas teſtatus eſt in Achaiam & Delum ex Hyperboreis veniſſe. Opin Dianæ vnã ex virginibus ſociis, ſacráq; caterua,etiam Virgil.11.AEneid.facit. Quem locum enarrans Macrob. lib.5. Sat.cap.22,Opin,non comitem Dianæ,ſed Dianam ipſam vocatam eſſe, teſtatur: adducto Alexandri AEtoli carmine, quod tale eſt, Τὴν μὲν ἑκὰς ἐχέων Ὦπιν βαλέειραν ἰέσθαι. De puellis Hyperboreis mentionem facit etiam Pindarus. Ab Vpi autem Diana Vpis cognominata eſt: (de qua hymno præcedenti) à Loxo & Hecaerge,Apollo λοξίας,ſeu λοξίος,& ἑκάεργος.

V.296. Ἦτοι Δηλιάδες] Conſuetudo erat in Delo,vt virgines ante nuptias crinis primitias Hyperboreis iſtis puellis Vpi,Loxo,& Hecaergę, ad earundẽ ſepulcra,tanquam inferias offerrent: pueri autem & iuuenes,primam lanuginem Hyperboreis iuuenibus,qui puellas iſtas in Delum comitati erant, inferias mitterent.Pauſ.in Atticis.Iam,ait,ad Iphinoes Alcathoi filiæ tumulum, quam virginem è vita deceſsiſſe memorant, patrio ritu puellæ ante nuptias inferias mittunt,criníſq; primitias detõdent, nõ aliter quàm Hecaergæ Deliorum filiæ.Plutarchus in vita Theſei autor eſt, ſolenne olim fuiſſe vt ex pueris qui excedebant,profecti Delphos comæ primitias Apollini ſacrarent.

V.298. Χάρος τὸ πρῶτον] Similis huic eſt metaphora illa apud Virgilium, *Tum mihi prima genis ueſtibat flore iuuentus.* Et illa apud Pindarum, ἐς ἀνθέμων δ' ὅτε φυὰ λάχει γένυ μέλαν ἡβώοντι ἔρεφον.&c.id eſt, Quum ad floridam ætatem lanugo nigrum mentum coronaret.

V.304. Οἱ μὲν ἐπαοίδοισι] Virgines iuxtà & mulieres Olenis hymnum in Delo canere,ex ritu,etiam Herodotus prodidit. καὶ γὰρ, inquit, ἀγείρειν φησὶ τὰς γυναῖκας, ἐπονομαζούσας τὰ ὀνόματα ἐν τῷ ὕμνῳ, τὸν φησὶ Ὠλὴν αὐτὸν Λύκιος ἐποίησεν. Et Homerus puellarum voces cantúſque hunc in modum deſcribit,

Γαῖαν δ' αἰδρώων φωνὰς καὶ κρεμβαλιαστὺν
Μιμεῖσθαι ἔασιν. φαίη δέ κεν αὐτὸς ἑκαστος
Φθέγξεσθ' οὕτω σφιν καλὴ συναείρεται ἀοιδή. Id eſt,
Cunctorum voces hominum ſtrepitúmque puellæ
Ore manúque ſequi poſſunt.ſe diceret ipſum
Quiſque loqui: his adeò eſt accommoda cantio nuptis.

V.305. –ὕμνησε Ὠλήν] Herodot.ibidem, οὗτος δὴ ὁ Ὠλὴν ἦ τοὺς ἄλλους τοὺς παλαιοὺς ὕμνους ἐποίησε, ὅσοι Λυκίης ἐλθόντες, τοὺς ἀείδουσι ἐν Δήλῳ. Id eſt, Olen hic & alios antiquos hymnos qui in Delo canũtur,verſibus compoſuit,poſtquam è Lycia in Delũ veniſſet. Olena Pauſanias in Phocicis,primùm in Delo vaticinatum eſſe,primúmque ſenarios longos reperiſſe tradidit.Eiuſdẽ in Atticis & Eliacis prioribus meminit.At in Arcadicis Lycium,patria Deliũ, hymnos & in alios deos & in Lucinam conſcripſiſſe autor eſt.

V.307. –ἱρὸν ἄγαλμα Κύπριδος]Pauſan.in Bœot.Eſt,inquit,& apud Delios Venus eiuſdem artificis(Dædali)opus, non magnum ſanè ſignum è ligno, & exeſa vetuſtate manu dextera,quadrangulæ inſiſtens pro pedibus baſi. Crediderim ſignum hoc à Dædalo Ariadnam accepiſſe, ſecúmque illud abeuntem cum Theſeo aſportaſſe. Theſeum certè Delii tradunt Ariadnæ ademptum Apollini Delio dedicaſſe. &c. Lege eadem de re Plutarchum etiam in vita Theſei.

V.308. –ἐφράσσατο] Hoc ſimulacri in Delo oblati à Theſeo nomen fuiſſe ſcholiaſtes tradit(ab ἔφρι & εὑρίσκω, quaſi promptè Venus Theſeum exaudierit & iuuerit) vt Ariadnæ, cuius beneficio Minotaurum is occidit, amoribus potiretur.

V.310. Οἱ χαλκῆν μύκημα] Mugitus pro tauro mugiente, καὶ ταυροδοκῶ. De Minotauro & Labyrintho nota est fabula, ex Ouid. 8. Metam. item Virgil. 6. Ecloga, & 6. AEneid. & ex epist. Ariadnæ apud Ouid. ex Plutarcho in Theseo. Isocr. in Helenes Encom. ex Pausania in Atticis. Euseb. lib. 5. Præparat. Euangelicæ, vbi & oraculum Athenienſibus datum repetitur.

V.312. Ῥόπτια, σὺν σφεῖ βωμόν] Plutarch. ἐχρῶντο δὲ σφεῖς τὸν μεγαρικὸν βωμὸν, ὃν μεγάλων σωτηρίων ἕνεκα, ἀνάθημα ἀπάντων. De ara ceratina suprà dictum est.

V.314. Ἔνθεν ἀείζωστα θωρήδος] Morem Athenienſibus fuisse vt quotannis nauim solenni apparatu religionis causa Delum mitterent, ex Platone demonstrat Erasmus, in prouerbio, Canis tanquam Delum nauigans. Hæc nauis, θωρὴς (quasi speculatoria) dicebatur, teste Herodoto in Erat. καὶ (ὧν γὰρ δὴ τῶν Ἀθηναίοισι πατήρ ὅδε Σουνίῳ) λοχήσαντες ὧν, τὴν θωρηδέα τῶν ἐλῶν, πλήρεα ἀνδρῶν τῶν μεγίστων Ἀθηναίων. Id est, Erat in Sunio quinqueremis Athenienſium nauis theoris, cui AEginetæ insidiantes, plenam primariis viris Athenienſibus cepe runt. Plutarch. in Theseo, ἔπαξιν οὖν καὶ θωρήσαντο πρὸς τοὺς Κορινθίους, Ἀθηναίων τοῖς ἀφικνουμένοις ὅπλα τὰ ἴδια παρέχειν ἀσπίδιον, ὅσον αὐτόπον ὑπέχει κατάπτασιν ἡ τῆς θωρηδόος νεὼς ἱστίον. Id est, Constituit Theseus & conuenit ei cum Corinthiis, vt Athenienſibus, qui ad Isthmia venissent, attribuerent prima subsellia tanto spatio, quantum nauis Theoridis expansum Sunii velum occupasset. Pausan. in Atticis, nauem omnium longè maximam esse refert. De eadem lege Rhodiginum lib. 8. cap. 9.

V.314. ἀείζωστα ἕπτια] Nauem Thesei, qua è Creta saluus rediit, vsque ad Demetrii Phalerei (qui Callimacho σύγχρονος fuit) ætatem, conseruatam fuisse, & veteri materiæ subinde aliam integram suffectam esse, vt philosophis disputandi materiam præbuerit, ibidem docet Plutarch. τῶν μὲν ὡς τὸ αὐτὸ (πλοῖον) τῶν δὲ, ὡς οὐ τὸ αὐτὸ διαμένει λεγόντων. id est, quòd alii eandem, alii non eandem manere contenderent.

V.315. Κυκλικὴν πάμπαιαν] Thucydides lib. 3. ξυγγραφ. lustrationem Deli ab Athenienſibus factam, elegantissimè describit, inter cætera referens, antiquitus ibi celebrem fuisse Ionum & vicinorum insulanorum conuentum, qui cũ liberis & vxoribus ludos ibi spectarint, & certamina gymnica & musica exercuerint, ciuitatibus choros ducentibus.

V.316. Ἀστεῖαι, πολύδωμοι] Postremò Delum à mercatorum frequentia commendat, quos non tam lucri quàm sacri cultus gratia in Delum nauigare commonstrat. Fuisse autem mercatoribus frequentem & emporio nobilem, tum ex Plinio, tum ex supradictis est euidens.

V.321. Περὶ μέσσαι ἦσι βωμόν] Mercatorum Apollini rem diuinam facientium hi fuêre ritus, hæ stultæ & ridiculæ cæremoniæ. Meminit & Virgil. AEneid. 4. item Lucian. περὶ ὀρχήσεως. De coquis autem & mensariis, quorum in sacrificiis Deliorum vsus erat, lege Athenæum lib. 4. Dipnos. cap. 23.

ANNOTATIONES IN HYMNVM QVINTVM, qui est in LAVACRVM PALLADIS.

V.1. Ὅσσαι λουτροχόοι τε Παλλάδος] Occasione sumpta à Palladis Mineruæ solenni lauacro, hoc hymno Palladem sibi laudandam sumit, quam à studio & cura equarum, à formæ natiua venustate, à cultu & mundiciis perquam mo-

dicis ac vilibus, commendat. Deinde originem & rationem adfert, quare vnà cum Palladis simulacro, etiam Diomedis clypeus ad lauacrum exportetur. Tum cæremoniarum ritus & præcepta quædam inserit: ne puellæ hoc anniuersario die aquam ex Inacho hauriant: neu viri Palladem nudam aspiciant, proponens, exempli loco, pœnam Tiresiæ: in cuius historiam digreditur. Postremò reditu facto Mineruam ab admiranda natiuitate & diuina maiestate commendat & ornat. Epilogus salutatione consueta & petitione constat. Est autē hic hymnus, vt & sequens, Dorico idiomate conscriptus: quod diligenter ab adolescente obseruatum, multum obscuritatis illi adimit, qua alioqui laborare videtur. Sic λωΐτοχόοι pro λουτροχόοι dicitur: πᾶς pro πῆς, & ναῦ ἱερᾶν pro πρὸ ἱερῶν. sic πηγᾶς ὑπαιθρῶ pro πηγῆς ὑπαιθρου, & ἔκα pro ἔπι, & φέρυσα pro φέρουσα, & ὦσαι pro ὦσαι. &c. Cæterùm, quia hæc elegia etiam antè ab Angelo Politiano in Miscellaneis conuersa est (vt infrà quoque meminimus) nostra interpretatio in hoc hymno quàm in aliis liberior fuit: quod te præmonere voluimus.

Ibidem. Ὅσσαι λωΐτοχόοι] Matronas Argiuas alloquitur, admonens eas vt maturè & festinanter ad Palladis lauacrum se conferant. Erat enim ipsis consuetudo, vt quotannis simulacrum Mineruæ, cum scuto Diomedis, in amne Inacho abluerent, vt scholiastes annotat. Similis mos Gallorum, id est Cybeles sacerdotum, Romæ fuit: vt quotannis 6. Cal. Aprilis, simulacrum & carpentū & leones Cybeles, & cultros Phrygios, in Almone fluuio, extra portam Capenam, religionis causa abluerent. Cuius cæremoniæ meminit Ouid. 4, Fast. Flacc. lib. 8, Argon. Lucan. 1, Phars. & Ammian. lib. 24. Plura Gregor. Gyrald. Syntag. 4. Fuerunt autem & Plynteria apud Athenienses sacra Mineruæ: quorum meminit Xenophon 1, Ἑλληνικῶν, & Plutarch. in Alcibiade.

V. 4. Σοῦσθ' ἵνα ὠξαισθε. Id est, ἐρμᾶσθε, πρόϊτε. Eodem verbo Sosia apud Aristophanem in Vespis vtitur, Οὐχὶ σοῦσθ' ἐς κόρακας; οὐκ ἄπιτ'; Id est, Non itis hinc ad coruos? nondum abscedetis?

Ibidem. -Πελασγιάδες] Pelasgia, χώρα ἐν Ἄργει, regiūcula Argolidis, Steph. Strabo Pelasgos per vniuersam Græciam dispersos fuisse lib. 5, tradit, ὡς δὲ Πελασγοί, ὅτι μὲν ἀρχαῖόν τι φῦλον ἦν τὸ Ἑλλάδα πᾶσαν ἐπιπλάσαι, καὶ μάλιστα τοῖς Αἰολεῦσι τοῖς ἐν Θετταλίαν, ὁμολογοῦσιν ἅπαντες σχεδόν &. id est, Pelasgos antiquam gentem, per vniuersam Græciam extitisse, maximéque inter AEoles qui Thessaliam incolunt, apud omnes ferè in confesso est. Ibidem ex Euripide versus huc pertinentes citat. Apollonii scholiastes, Πελασγοὶ (inquit) ἀπὸ Πελασγοῦ τοῦ Γηγενοῦς, ἢ ἀπὸ Πελασγῶν, ἔθνους βαρβαρικοῦ, οἰκήσαντες Θετταλίαν καὶ Ἄργος. Pelasgum primum in Arcadia regnasse, propter corporis & robur & pulchritudinem, refert Paus. in Arcadicis.

V. 5. Οὐ πρὸ Ἀθαναίαν] Mineruam laudat à studio & amore equorum. Est enim armipotens, belli præses, Tritonia virgo. Et vt Homerus de ipsa in Veneris hymno canit,

Πρώτη τίκτηνας ἄνδρας ὀπυιοδόκους ἐδίδαξε
Ποιῆσαι σάπνα, καὶ ἅρματα ποικίλα χαλκῷ. Id est,
Prima viros docuit celeres componere curtus
Pallas, & inuictum plaustris inducere ferrum. Reliqua de Mineruæ inuentis pete ex lib. 6. Metam. & 3. Fast. Ouidii.

V. 8. -ἰῶν' ἀπὸ γηγενέων] Pertinent huc illa quæ Pausanias in Arcadicis de Hippia Minerua refert. Apud Manthurienses, inquit, dea, Hippiæ (hoc est equestris) cognomento colebatur. Cognominis ea fuerat causa, quòd in gigãtum pugna Manthurienses ipsi prodidêre, dèam in Enceladum bigas immi-

fisse. Eiusdem strenuam in oppugnandis gigantibus operam Horatius quoque in Odis commendat, vbi vocat sonantem ægida Palladis. Quum enim Minerua sit dea sapientiæ, non immeritò armis etiam præesse, & gigantes domuisse fingitur. Nam parui sunt arma foris, nisi sit consilium domi, vt vulgò dicitur.

V.16. Οὐδ' Ἀθαναίας] Altera Mineruæ laus à natiua venustate, vt quæ nullis pigmentis nullóque fuco indigeat.

V.18. Ταὶ Ἴδαν] pro πρὸς τὰν Ἴδαν, vel κατὰ τὴν ὁδὸν τὰν Ἴδαν ἀφικομέναν. Ida mons Phrygiæ, ad quem Paris Alexander iudicium & sententiam de trium dearum, Iunonis, Palladis, & Veneris pulchritudine tulit. De quare vide Coluthum de raptu, Lucianum, & Isocratem in Helenes encomio, Strab. lib. 13: Ouid. in epist. Helenes: Eurip. in Helena.

V.21. Κύπρις δὲ] Collatione Veneris laudem Mineruæ amplificat, illam speculis & accersito fuco mundum quendam & cultum corporis quæsiuisse: hanc verò, Castoris & Pollucis exemplo, omni fuco posthabito, corpus oleo vnxisse, & egregiis exercitiis habile venustúmque reddidisse ostendens. Hom. in hym. Veneris,

Οὐ γὰρ οἱ ἔδαδεν ἔργα πολυχρύσου Ἀφροδίτης·
Ἀλλ' ἐρατοὶ πόλεμοί τε ἔδον καὶ ἔργον Ἄρηος,
Ἠμὲν ἀγοραί τε, μάχαι τε, καὶ ἀγλαὰ ἔργ' ἀλεγύνειν. Id est,

Munera non illi Veneris iucunda placebant,
Sed pugnæ placuêre truces, & prælia Martis,
Belláque, lethiferáque fero certamine cædes.

V.24. Λακεδαιμόνιοι ἀστέρες] Periphrasis Castoris & Pollucis, qui quo pacto quáve occasione in sidera relati sint, exponit Pindarus 10. ὠδῇ Nem. & Pindarum imitatus Ouid. 5. Fast. in fine. Exponit etiam Theocritus Idyll. 27. De iisdem Apoll. Rhod. lib. 1. Argon. & Horatius lib. 1. Carm. Eurotas autem est fluuius Laconiæ, Spartam præterlabens, è Bleminatide regione suum meatũ exerens, vt Strabo 8. Geogr. prodit. Ad huius rĩpam exercuerunt ludos suos Castor & Pollux, teste Propertio lib. 3. eleg. 13, quum inquit,

Qualis & Eurotæ Pollux & Castor arenis,
Hic, auctor pugnis, ille, futurus equis.

De iisdem Theognis,

Κάστορ καὶ Πολύδευκες, οἱ ἐν Λακεδαίμονι δῖαν
Ναίετ' Εὐρώτα καλλιρόῳ ποταμῷ.

V.26. -ταῖς ἰδίαις ἔχνεα φυταλιαῖς] Oleæ periphrasis, quæ Mineruæ sacra est, teste Plin. lib. 12. Vnde & Palladia arbor à poetis dicitur. vt apud Silium lib. 1. Fuit autem Palladi hæc arbor sacra, vel quia pacis signum erat. (vnde Lucan. lib. 3. Phars. *Orane, Cecropiæ prælata fronde Mineruæ.* & Virgil. 7. Aeneid. *Ire iubet ramis uelatos Palladis omnes*) vel quia semper viget olea, & ipsum oleum nihil iucundi admixtum habet: quæ veræ laudis & sapientiæ arcana sunt symbola.

V.29. Τῷ καὶ τῶν ἀρότων] Arboribus (ait Plinius) imò potius omnibus quæ terra gignit, herbísque etiam, vtrunque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt. De maribus oleis notum est illud Ouidii, Fast. 4,

Vre mares oleas, tædámque herbásque Sabinas:
Et crepet in medio laurus adusta foco.

V.30. Ὦ Κάστορ, ᾧ καὶ χείται] Olei in gymnicis ludis & palæstris vsum, suósque pugilibus aliptas fuisse, tum Pindarus ostendit, tum veteres pygmachiæ

Castoris

Castoris & Pollucis apud Apollonium, & Troianorum apud Virgilium, declarãt. Idémque, tametsi parum honorificè, de Græcis refert Plin. lib. 15 Hist. nat. Vsum eius (inquit) ad luxuriam vertêre Græci, omnium vitiorum genitores, in gymnasiis publicando.

V. 35. Διομήδεος ἀσπὶς] Scutum Diomedis Hom. lib. 5. Iliad. à principio describit. Hoc scutum vnà cum Palladio efferebatur ad commune lauacrum, vel quia Diomedes *socio comitatus Vlysse, fatale aggressus sacrato auellere tẽplo Palladium, cæsis summæ custodibus arcis, Corripuit sacram effigiem*: vel quia Diomedes, quũ in viuis adhuc esset, plurimum à Pallade Minerua amatus, & in præliis ab eadem adiutus fuit: vt passim ex Homero patet.

V. 36. Ὡς ἔτι καὶ Ἀργείων] De Palladio Argiuorum vide Pollucem, lib. 7. cap. περὶ τῶν Ἀθήνησι διπλασείων. Sunt autem Argiui populi in Peloponneso, ad ortum spectantes, à septentrione Corinthiis, ab occasu & meridie Lacedæmoniis finitimi, teste Dionysio. Argolicam à Laconica terra Thyræa separat, vt docet Thucyd. lib. 4. Est & Argiuorum quicquid regionis Malea tenus ad occasum vergit in continente: & insulæ cùm aliæ, tum Cythera. Autor Herodot. in Clio. Horum metropolis fuit Argos, cuius varia nomina pro variis temporibus vsitata, recitat Stephanus, & Eustathius in Dionys. Quot verò ciuitatibus & territoriis Argos attributum sit olim, id diligẽtissimus Homericarum laudum scrutator Strabo, lib. 8, & Plin. lib. 4, exequuntur.

V. 37. Εὐμήδης ἐδίδαξε] Eumeden Hippocoontis filium fuisse, cuius monumentum Spartæ, non procul ab Herculis signo extiterit, Pausanias in Laconicis affirmat. quem eundem cum hoc Eumede Palladis sacerdote esse, mihi religio est pro certo asserere. Aliâs Eumedes, pater Dolonis, Troianus fuit. cuius Homerus lib. 10, Iliad. meminit, & Virgil. 12. AEneid.

V. 38. Ὅς ποτε βουλάμενος] Græcus scholiastes hunc sacerdotem Argiuis suspectum fuisse ait, vt qui Palladium Heraclidis tradere vellet: ideóque fuga salutem quæsiuisse autumat. Erat enim fatale, quamdiu Palladium in vrbe esset, tamdiu eam fore inuictam. Quò fortasse oraculũ illud Argiuis datum, quod extat lib. 7. apud Herodotum, referri posset,

Ἐχθρὶ φέεικτόνταισι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Εἶσω τὸν περιβόλαιον ἔχων, πυλαωρὸς ἥσο,
Καὶ κεφαλὴν πρόφυλαξο. κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει. Id est,
Finitimis inuise, deis dilecte beatis,
Interius tutamen habens impunè maneto,
Et tutare caput: nam membra tuebitur illud. De Argiuorum & Lacedæmoniorum intestinis bellis lege Herodotum in Clio & Polyhymnia.

V. 41. Κρῆιον ὄρος] Crios, mons in finibus Argolicis, quem à Strabone Κριόπωλον nominari opinor. Neque enim locorum & regionum nomina æterna & immutabilia sunt, sed aliis temporibus alia sortiuntur vocabula. Plin. lib. 4. cap. 5, vndecim ponit Argolicos montes, sed *aiorúμως*.

V. 43. -πρόπολοι, χρυσοπάλληξ] Suprà dictum est Mineruam nõ modò sapiẽtiæ, sed etiam armorum & belli præsidem esse. Quare ista cognomina à re militari & armatura consequuta est. Vnde Hom. lib. 6 Iliad. πόλιν Ἀθηναίην, ἐρυσίπτολιν, δῖαν θεάων. Bello enim αἱ πόλεις πέρθονται, vrbes & agri vastantur ac diripiuntur. Vnde & Martem Homerus πτολιπόρθιον vocauit. Χρυσοπάλληξ verò eadem dicitur, quòd gerat χρυσοῦν πάλλην, auream galeam. Mineruæ Athenensis simulacrum Pausanias in Atticis describit, idque ex auro & ebore constare perhibet, in cuius galea sphinx emineat, vtranq; verò partẽ gryphes teneant.

V.44. Ἴππιον καὶ σακέων] Scutum Palladis vno nomine à poetis ægis vocatur, perinde vt Iouis clypeus, quia è pellibus caprinis factum fuerat. Huius descriptio apud Hom. lib.5. Iliad. extat,

Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσανόεσσαν,
Δεινὴν ἣν περὶ μὲν πάντη Φόβος ἐστεφάωται,
Ἐν δ' Ἔρις, ἐν δ' Ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκή·
Ἐν δέ τ' Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου,
Δεινήν τ' σμερδνήν τε, Διὸς πεπτηυίαν αἰγίδι.

Quem locum Virgil. 8. AEneid. sic ferè imitatus est:

AEgida quæque horrificam, turbatæ Palladis arma,
Certatim squamis serpentum auróque polibant:
Connexosque angues, ipsámque in pectore diuæ
Gorgona desecto uertentem lumina collo.

V.47. -ἢ 'ς Φυσάδειαν] Physadea & Amymone, nomina fontium sunt apud Argiuos, à Danai filiabus desumpta & imposita, vt ex Strabone patet, lib.8, Τὴν μὲν οὖν χώραν συγχωροῦσιν ἄυδρεῖν· αὐτὴν δὲ τὴν πόλιν ἐν αὐύδρῳ χωρίῳ κεῖσθαι, φρεάτων δ' ὀπρεῖν, ἃ ταῖς Δαναΐσιν αἰάπλοισιν, ὡς ὀνείναν ἐξευρούσαις. ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἔπος εἰπεῖν ἔοικε, Ἄργος αὔυδρον τὸν Δαναὸ δόσαν Ἄργος ἔνυδρον. Id est, Regionem quidem aquis irriguam esse concedunt: vrbem verò ipsam [Argos] in loco aquis destituto positam dicunt. puteis tamen diuitem esse, quorum inuentionem Danai filiabus acceptam referunt. vnde vulgatus sit versiculus, quo dicitur, Argos aquis vacuum, Danaæ dant Argos aquosum. Et paulo antè, δίδυται δὲ καὶ Ἀμυμώνη τῆς κρήνης ἀπὸ Λέρνης· ἡ δὲ Λέρνη, λίμνη τῆς Ἀργείας ἐστί. &c.

V.48. Ἣ τὸς Ἀμυμώνην] Amymone Danai filia fuit: quam vnam gestantem Neptunus grauidam fecit, & Nauplium ex ea suscepit, teste Ouidio in epist. Herûs, & lib.1 Amorum, eleg.10. Eandē postea in fontem sui nominis conuertit: de quo idem autor lib.2, Metam. ait, -*quærit* Bœotia Dircen, Argos Amymonen. Sed fabulam hanc Strabo refutat loco priùs citato. Amymones fontis fit etiam mentio apud Plinium, lib. 4. cap.5. In effigiem eiusdem extat epigramma lib.5. Epigramm. Græc. Pausan. in Corinth. fluuium Amymonem facit ex vna parte Pontinum montem alluentem. De fœuitia Danaidum lege epist. Hypermestræ ad Lyncum, in Heroid. Ouidii.

Ibidem. -τὸν Δαναῶ] Danaus AEgypti frater, qui expulso Gelanore Stheneli filio, Argos tenuit: à quo Græci Danai appellari cœpti. Pausan. in Corinth. Regnauit circa annum mundi 2454.

V.50. -Ἴναχος ἐξ ὀρέων] Inachus Argiæ fluuius, ab Inacho rege, patre Iûs, denominatus: cuius fontem in Artemisio Arcadiæ monte Pausanias collocat, Stephanus in Lacmone, Pindi promontorio: qui nō est Pindus Thessaliæ, sed Arcadiæ, in confinio Argiæ. Vide Plin. lib.4. cap.5. Aristoteles ex Pindo Thessaliæ oriri in Meteor. tradit: sed lapsum esse constat. Est autem φεύζεο μ' οὐκ, pro φεύζουμὴ οὐκ.

V.53. Ὅς κεν ἴδῃ γυμνάς] Remouet viros à conspectu Palladii, ratione sumpta à periculo, quòd qui nudam aspiciant Mineruam, excæcentur. id quod Tiresiæ exemplo confirmat. Plutarchus in Parallelis hoc ipsum Ilo Trois filio, & apud Romanos Metello accidisse refert. ὁ γὰρ Ἰλίου (inquit) τὸ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἐμπρησθέντος, ἀφεθέντων ἅλως τὸ διοπετὲς ἥρπασε Παλλάδιον, καὶ ἐτυφλώθη. οὐ γὰρ ἐξὸν ἦν αὐτῷ βλέπεσθαι. Antoninus tamen, qui à deo suo quem colebat, Heliogabalus est dictus, Solis & Lunæ celebraturus nuptias, quum Romæ virginem vestalē duxisset, etiam Palladium produxit, teste Herodiano lib.5, καὶ τὸν τῆς Παλλάδος τὸ

ἄγαλμα, ὃ κρυπτὸν καὶ ἀόρατον εἶδος Ῥωμαίοις, εἰς τὸ ἑαυτοῦ παλλάδιον μετήγαγον.

V.59. Μαντεύεται Τειρεσίας] Narratio παρεκβατικὴ de excæcatione Tireſiæ, quam vt breuiſsimè, ita politiſsimè Politianus cap.80 Miſcell. recitat. Fuit autē Tireſias patria Thebanus, Eueri & Chariclûs filius, vaticinādi peritia clariſsimus: de quo vide prouerbium, Tireſia cæcior. Alius Chariclûs, quæ Apollinis filia, & Chironis Theſſali vxor fuit, narratio extat apud Pind. Hymn. 4. Pyth.

Ibidem. -καὶ σύντροφα χαρεὶς ἔθηκε] Summam neceſsitudinem, & familiaritatē intimam Chariclûs cum Minerua, his verbis exprimit, indiuiduas fuiſſe comites affirmans, & vbique locorum coniunctas. De Theſpiis, Coronea & Aliarto, Bœotiæ ciuitatibus, vide Pauſan. in Bœoticis, Plinium lib. 4, cap. 7, & Strabonem lib. 9. vbi & templum, cuius hîc fit mentio, ſic deſcribitur, κεφάλωσαν οἱ Βοιωτοὶ τῆς Κορωνείας, ὁμόρῳ τῇ περὶ αὐτὴν πεδίῳ, τὸ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὁμώνυμον τῇ Θεσσαλικῇ, καὶ τὸν παῤῥέοντα ποταμὸν Κουάριον προσηγόρευσαν, ὁμοφώνως τῇ ἐκεῖ. Ἀλκαῖος δὲ καλεῖ Κωραλίον, &c. Id eſt, Coronea potiti Bœotii in campo adiacenti, templū Mineruæ Itoniæ, eiuſdem cum Theſſalico nominis, extruxerunt: eodémque modo præterfluentem amnem Cuarium dixêre: quem Alcæus Coralium appellat. &c. Homer. in Catalogo, Οἵ τε Κορώνειαν καὶ ποιήεντ' Ἀλίαρτον.

V.71. Ἵππου δὲ πηγὴ κρήνα] Hippocrene fons eſt in Helicone, *Dura Meduſæi quē præpetis ungula rupit*: vnde & nomen habet. Fabulam lege apud Ouid. 5. Metam. & Strabon. lib. 9. Pauſanias in Bœoticis, Tireſiā è Tilphuſa fonte, quum admodum ſitiret, aqua hauſta, ſtatim animam egiſſe refert. Plura de Tireſia Diod. Sicul. lib. 5, Antiquit. cap. 6.

V.73. -μεσαμβρινὰ δ' ἴσαν] Sic Ouid. in fabula Calliſtûs,

Vterius medio ſpatium ſol altus habebat,
Quum ſubit ille nemus quod nulla cæciderat ætas. &c.

V.82. -παῖδος δ' ὄμμασι νὺξ] Ouidius Tireſiam à Iunone excæcatum eſſe canit: cuius facti cauſa, quam adfert, quum turpis & obſcœna ſit, meritò ſilentio eſt prætereunda. Propertius lib. 4. eleg. 10, Callimacho aſtipulatur, inquiens,

Magnam Tireſias aſpexit Palladis iram,
Fortia dum poſitæ Gorgone membra lauat. Tireſiæ fit mentio & in Græco epigrammate in lauacrum Veneris, quod extat lib. 4.

V.85. ἀ νύμφα] Expoſtulat Chariclo cum Pallade: quam indignè feciſſe arguit quòd amicitia poſthabita, tanto ſupplicio filium Tireſiam afficiat.

V.86. -ἰαύπτει δαίμονος ἐκ φίλας] *Sæuum præluſtri fulmen ab aræ uenit.* & *Sæpius uentis agitatur ingens Pinus, & ælſæ grauiore caſu Decidunt turres.* &c. Et Theognis,

Μηδενὸς αἰθρήσσων κακίας δόκει εἶναι ἄρουρος,
Ἀλλ' ἀγαθὴ δ' ἔστω, Κύρνε, καὶ ἐξ ἀγαθῆς.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit, teſte Horatio. Vide prouerb. Procul à Ioue & fulmine.

V.87. -πόνον ἄλαστον] Pro ἄλαστον, per ſyntheſin. Eſtque παθητικὴ auerſio ad filium cæcum, commiſerationis & materni doloris pleniſsima.

V.91. Ἦ μεγάλ'] Accuſat Mineruam ab iniquitate, vt quæ pœnam culpa atrociorem inflixerit. Decet enim vt par delicto ſit ſua pœna ſuo, quemadmodum Ouidius ait, *-& adſit Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas*: *Nec ſcutica dignum horribili ſectêre flagello*, vt Horatius iubet.

V.103. Δῖα γυνὰ] Purgat ſe Mineruæ ab obiecto crimine, culpā à ſua perſona in fatum & legem Saturni tranſferens, qua cautum ſit vt quicunque in-

uitum deum aut deam aſpiciat, is viſu orbetur.

V.104. -ἐπὶ Μοιρᾶν ὥρᾳ] Τὸ γὰρ πεπρωμένον θεῖον νομίζουσι. Ζῶντι γὰρ θεοῦ πᾶσι, vt apud Euripidem in Androm. Thetis ait. Et in ſacris dicitur, quòd nullus è capite, Deo non volente, capillus defluat. Rectè igitur Callimachus & ſapienter, ſuum cuique fatum, antequam naſcatur, diuinitus prædeſtinatum eſſe fatetur. Contrà Epicurea ſecuritas illorum meritò damnanda eſt, quibus nihil poſitum eſt, & ſors incerta vagatur, Férтque refértque vices, & habent mortalia caſum.

V.107. Πόσα μὲν ἀ Καδμὶς] Collatione, pœnæ huius ſeueritatem excuſat & mitigat, propoſito exemplo Actæonis, qui quòd nudam vidiſſet Dianam, non excæcatus, ſed à canibus ſuis dilaceratus fuit. Dicta eſt autem Autonoe Cadmeis, à Cadmo patre: cuius ſorores fuêre, Semele, Agaue, Ino, Alcmena, & aliæ quarum calamitates Ouidius & Pindarus paſsim deplorant.

V.108. Πόσα δ' Ἀρισταῖος] Pauſan. in Phocic. tradit, Ariſtæum Apollinis & Cyrenes filium, ob Actæonis caſum acri confectum dolore, ac Bœotiæ iam & Græciæ toti infenſum, in Sardiniam migraſſe.

V.109. -Ἀκταίονα πυρλὸν ἰδόντα] De Actæone in ceruum mutato, & à canibus lacerato, vide Ouid. 3. Metamor. Eandem fabulam interpretatur Pauſan. in Bœotic. circa initium. Conſimilis eſt huic apud Plutarchum in lib. De ſuperſtit. collatio, quum inquit, ὁ Τειρεσίας ἔχθρᾳ δυσχεράνας μὲν βλέπων τὰ τέκνα, μᾶλλον δὲ τοῖς σωθεῖσιν· ὁ δὲ Ἀθάμας μείζονι, καὶ Ἀγαύη, βλέπουσιν ὡς λέοντας καὶ ἐλάφους. Id eſt, Magno Tireſias dolore affectus fuit, quòd liberos & familiares videre non potuit: at multo maiori Athamas & Agaue, qui liberos ſuos, vt leones & ceruos aſpexerunt. Euripides in Bacchis Actæonem à canibus laceratum eſſe dicit: quia κρείσσων ἐν κυνηγίαις Ἄρτεμις τῇ κομπάσαντι, ἢ ὀργάνῳ. Id eſt, Prætulerit ſe venationum peritia Dianæ paſsim in nemoribus.

V.119. Ἔσπεσε] Pallas conſolatur amicam Chariclo, promiſsione maiorum beneficiorum, quibus hanc oculorum iacturam compenſare & reſarcire velit. Pollicetur enim illi daturam ſe Tireſiæ vaticinandi artem, qua præditus multa ſit oracula & præſagia tum apud poſteros viuus, tum apud inferos poſt mortem editurus. Nam & Pindaro teſte, Amphitruoni à Tireſia vaticinium fuit datum, hymno 1, Iſthm. Ab eodem Liriope de Narciſsi interitu præſagium accepit: & alii, de quibus mox. Reſpicit autem poeta ad phyſicam rationem, qua natura ſemper in altero ſupplere quod in vno deeſt, à philoſophis traditur. Quod in cæcis videre eſt, in quibus natura oculorum & vſus orbitatem ingenii vigore & acumine compenſat. Videmus enim cæcos pleroſque ſolertes & ingenioſos eſſe, eáque interdum præſtare quæ à viſu præditis præſtari vix poſſent. Exemplo ſunt Homerus & Didymus, quorũ ille poemata cæcus confeciſſe, hic mathematicas diſciplinas viſu orbatus didiciſſe traditur. Cuius rei (quemadmodum Plato in Phædone ſcriptũ reliquit) & hæc cauſa eſt, quòd mens ſeclusis oculis & auribus, adeóque toto corpore, quibus anima perturbari ſolet, ipſa ſola & ſincera rerum veritatem inquirit & contemplatur. Qua quidem de cauſa Democritus philoſophus luminibus oculorum ſua ſpõte ſe priuauit: quia exiſtimaret cogitationes commentationéſque animi ſui, in contemplandis naturæ rationibus vegetiores & exactiores fore, ſi eas videndi illecebris & oculorum impedimentis liberaſſet, teſte Gellio lib. 10. Noct. Attic. cap. 17.

V.123. Γνωπὴν δ' ὄρνιθας] Cicero De diuinatione, omnem diuinationem ſummatim in duas partes diuidit: furorem, quem in afflatis, enthuſiaſtis & en-

gastrimythis cernimus: & in artē, vt in auspiciis, auguriis, somniorum interpretatione, & fulgetrorum peritia. Idem disputat vtrum diuinatio scientia sit, nécne. Quod dubitanter affirmat Aristoteles in libello De memoria, ἔστι δ' αὖ (inquiens) καὶ ὀνείρων τις ἐλπὶς καὶ ὅλως ἕξις φασὶ τὴν μαντικήν. De augurandi scientia, quam hîc Callimachus Tiresiæ attribuit, vide Cic. lib. 1, De diuin. Liuium lib. 1. Dionys. Halicar. lib. 2. Val. Max. lib 2. cap. 1. Ouid. 4. Fast. Plutarch. in Problem. Fenestellam cap. 4. De sacerd. Rom. Pomp. Læt. cap. 5.

V. 125. Πολλὰ δὲ Βοιωτῖσι] De oraculis quæ Thebanis à Tiresia data sunt, lege Stat. lib. 4. Thebaid. Pausan. in Bœot. Sophoclē in Antigone, & Euripidē in Phœnissis & Bacchis. Pindarus item 1. hymno Nem. oraculum Tiresiæ recitat, quod Amphitruoni is dederit. Vide locū circa finem hymni. Per Labdacidas autem Eteoclem & Polynicem intelligit, OEdipi filios, à Labdaco proauo sic dictos. Fuit enim Labdacus pater Laii, patris OEdipi, vt videre est ex principio Phœniss. Eurip. qui in eadem tragœd. Etcoclem & Polynicem Λαβδακίδας πολυμόχθους nominat.

V. 127. -μέγα βάκτρον] Apud Sophoclem, puero ductore: apud Euripidem, filia, vice baculi, vtitur Tiresias. Ita enim puellam alloquitur,

Ἡγοῦ πρόπαρ οἰδὰ δύγατερ, ὡς τυφλῷ ποδὶ
Ὀφθαλμὸς εἶ σύ, ναὸς ἑσπόμην ἄστρον ὡς. Id est,
Præcede filia ductrix. nam cæco pedi
Oculus meo es, perinde vt nautis sidera.

V. 129. Καὶ νόος, οἷσι θάνῃ] Tiresiam inter mortuos solum sapere, Homerus 11. lib. Odyss. Lucian. ὀνείρων, Strabo 16, Geograph. Statius 11, Thebaid. Plutarchus lib. 9, Sympos. & Sophocles his versibus testatur, tametsi de viuo:

Τὸν θεῖον ἤδη μαίνει ὧδ' ἄγειν, ὦ
Τἀληθὲς ἐμπέφυκεν ἀνθρώπῳ μόνῳ. Id est,
Diuinum nunc huc adducunt vatem, cuī
Innata veritas homini vel vnico est.

V. 130. -πόμπος ἀγησίλα] Pro ἀγησίλα (vt communis omniū exemplarium habet lectio) repono (saluo tamen cuiusque iudicio) ἀγησίλεω. Dictus est enim Plutus Ἀγησίλαος, ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς λαούς, quòd populos ad se in tartarum abducat. vt ex Lactātio & Athenæo probat Lil. Gyrald. & Cœlius Rhodigin. lib. 10. cap. 18.

V. 131. -τὰ δ' ὀπαλὲς ὧς κ' ὀπίσσω] De nutu quo omnia confirmat Iupiter, ipse apud Hom. lib 1. Iliad. hæc pronuntiat,

Τοῦτο γὰρ ἐξ ἐμέθεν γε μετ' ἀθανάτοισι μέγιστον
Τέκμωρ. οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλόν,
Οὐδ' ἀπολήπτον γ', ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

Virgil. *Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.*

V. 134. -μάτηρ δ' οὔπω ἔπεκτο] Ab admiranda natiuitate Mineruam laudat, causam simul proferens cur idem nutu suo perficere possit quod Iupiter: nimirum, quia ex Iouis cerebro prognata sit. Pindarus ὠδῇ 7, Olymp. Palladem æneā bipenne armatam, è Iouis vertice erupisse fingit, adeóque altum clamasse, vt cælum & terram perterrefecerit. Idem ferè Apollon. Rhodius, lib. 4, Argon. affirmat. Ouid.

Sancta Iouem Iuno, nata sine matre Minerua,
Officio doluit non egnisse suo. Lucian. omnium deorum contemptor, in dialogis Mercurium cum securi adstantem fingit, qua cerebrum Iouis diffindere iubetur. Eo facto armata Pallas exiluit. Hesiodus tamen in Theog. filiam Iouis ex Prudentia susceptam facit. At Herodotus lib. 4. in Melpom.

Mineruam Iouis & Tritodinis filiam ab Afris & dici & credi, memoriæ prodidit. Quod ipsum Pausan. in Atticis refert.

V.137. -αἰνὰ δίχεσθε] Epilogus exhortatione & consueta salutatione Palladis constat: cui Argiæ curam & tutelam committit. Est autem πῶρος pro πὰ Ἄρρος.

ANNOTATIONES IN HYMNVM SEXTVM, qui est in CERERE M.

V.1. Τῶ καλάθω καιόντες] Laudaturus Cererem poeta, initio docet qua animi attentione & reuerentia sacra eius peragere conueniat. Deinde errores Cereris, quibus in quærenda Proserpina agitata fuit: tum eiusdem inuenta, humano generi ad vitam degendam perneceſſaria, breuiter perstringit. Vt autē alii ab impietate deterreantur, & ad amorem religionémque Cereris excitētur, Eryſichthonis famem persequitur, quem impietatis causa, propter lucum violatum, seueriſsimè à Cerere punitum esse ostendit. Qua quidem in digreſſione maxima pars hymni consumitur. Postremò oratione ad matronas θεσμοφοριαζούσας conuersa, quid à Cerere petendum sit, docet, quasique precationis formulam præscribit.

Ibidem. Τῶ καλάθω] Sacra Cereris in canistris seu ciſtis operta, duæ virgines capitibus impoſita, die festo in templū Cereris Eleusiniæ deferebāt: in quarum altera flores, in altera spicæ inerant: & per has quidem, æstas, per illas autem ver denotabatur. Virgines, Canephoræ dicebantur: Cic. in Verr. 6. Simili ritu eadem dea apud Catinenses in Sicilia colebatur, vt testis ibidem est Cic. Nec dispari apud Romanos: quem ab Athenienſibus eò delatum esse, idem affirmat, pro Corn. Balbo, & L. Flacco. Huiuſ, consuetudinis meminit Euseb. lib. 2. Præparat. Euangel. Fuerunt & Palladi suæ apud Athenienses ciſtiferæ, de quibus meminit Pausan. in Attic. & Ouid. 2. Metam. sic,

Illa fortè die castæ de more puellæ
Vertice suppoſito festas in Palladis aras
Pura coronatis portabant sacra canistris.

Tibull. lib. 1, eleg. 7,

Et leuis occultis conscia ciſta sacris. Dianæ pariter Canephoras suas fuisse, ex illo Theocriti patet, 2. Idyllio,

Ἦνθ' ἀ τωὶ Εὐβούλοιο καταφόρος ἄμμιν Ἀναξώ,
Κάνος ἐπ' Ἀρτέμιδος. Id est,
Venit & Eubuli nobis, onerata canistro,
In nemus hoc Triuiæ, virgo præsignis Anaxo. Sed & Baccho ciſtiferas fuisse, & canephoria olim inſtituta, tum Virgil. in 1. Georgic. innuit, quum vānum Iacchi mysticam vocat, tum apertius declarat in Argonaut. Catullus, quum inquit,

Pars obscura cauis cælebrabant orgia ciſtis,
Orgia quæ frustrà cupiunt audire profani. Vide etiam Theocrit. in Lenis, Meminit horum Cereris sacrorum etiam Auguſtinus, lib. 7. Ciuitat. Et Apul. lib. 6. Metam. copioſius.

Ibidem. -ὀπαδεύξασθαι γυναῖκες] Matronæ sequebantur has virgines cum facibus & tædis ardētibus: quia & ipsa Ceres raptam Proserpinam noctu accen-

fis facibus quæsierat: vt ex Ouidio & Claudiano patet. Reliqua sacra per noctem à solis fœminis, tam occulta & arcana fiebant, vt prouerbio locum fecerint: quo dicebatur, Ἀθηναίοις τὰ Ἐλευσίνια. Vide Aristoph. in Thesmophor. Suidas has virgines Erichtonio regnāte institutas fuisse, ex Philochoro probat.

V. 3. χαμαὶ θυστῖδι βέβηλοι] A sacris profani & improbi arcebantur: in quibus illud præcinebatur, ἐκὰς ἐκὰς ὄστις ἀλιτέσθω. id est, procul ô procul impius omnis. Et Lucian. De sacrificiis, inquit, καὶ τὸ μὴ προσχαμμα φησὶ, μὴ παρέναι ἴσως περίβαντος ὅστις μὴ καθαρός ἔστι τὰς χεῖρας. Est autem θυστῖδι pro θύσασθαι.

V. 5. Μὴ παῖς, μηδὲ γυνὴ] Repetendum τὸ βέβηλοι ἀπὸ κοινοῦ. Fœminæ certè ac matronæ, vt mundiores ad Eleusinia sacra & Thesmophoria accederent, aliquantisper à maritorum consuetudine abstinebant, *perque nouem noctes Venerem, tactusque uiriles, In uetitis numerabant*, Ouid. 10. Metam. Refert Liu. lib. 31. ab vrbe, duos iuuenes Acarnanes, tanquam ob infandum scelus, interfectos fuisse, quòd per dies initiorum, quum initiati non essent, imprudētes religionis, cum cætera turba ingressi fuerant templum Cereris. Atque hæc causa & initium belli fuit inter Philippum Macedonem & Athenienses.

Ibidem. -μηδ' ἃ καπχύσατο χαίτην] Impudicæ mulieris notatio, quæ capillos aut dispergit, aut fuco meretricio perfundit: quum honestæ virgines ac matronæ neutrum faciant. Scribit item Plin. lib. 23. cap. 9, matronas, in Thesmophoriis Athenienſium castitatem custodientes, foliis agni cubitus sibi sternere.

V. 6. Μηδ' ὃν ἀφ' ἁλιέων] Sentētia huius loci est ista, μηδ' (subaud.) αἰχαζέσθω τὸν κάλαθον, pro μὴ παρχινέσθω, ὅταν ἀπὸ τραπέζης πίνωμεν, A sacris Cereris etiam id absit quod expuimus ore ieiuno. id est saliua, ἢ ἀπέφεσιν. vult enim omnia immunda & omnes sordes ab Eleusiniis sacris remota esse.

Ibidem. ἀφ' ἁλιέων] Nam in Cereris sacris Atticæ mulieres, AEgyptiarum more, à cibis abstinebant, humique iacebant: Cererem repræsentantes, quæ & ipsa Proserpinam quærens, ob luctum perditæ filiæ, ieiuna & impasta fuit. Atque hoc ieiunium poeta ξὺν συλλογισμῷ per aridas fauces & ieiuna sputa denotauit.

V. 7. Ἕσπερος ὁκ ηφέων] Nam vespertino tempore Canephoræ deferebant calathum, in curru ad templum Cereris prodeuntes: ipsáque dein sacra noctu agebantur. Est autem πανίκα pro πανίκα, id est ὅπ.

V. 9. Ἁρπαχθείσας κούρας] Pro ἀφηρπασμένης κούρας. De Proserpina loquitur, quā à Plutone raptam, vndique terrarum Ceres quæsiuisse à poetis traditur. Quod argumēti genus Claudianus tribus libris De raptu, Ouid. 5. Metam. & 4. Fast. Diodor. Sicul. lib. 6. cap. 2. Cic. 5. & 6. Verr. persequuti sunt.

V. 10. Πόντια, πῶς τε δυσαὶ] Errores quibus ab vno loco in alium delata fuit Ceres, dum filiam quæreret, percensēt. Φέρει pro φέρηι, Doricé. Μέλαιες iidem, opinor, qui à Latinis Nigritæ appellātur, populi Africæ, finitimi Gætulis & Mauritanis. De hortis Hesperidum in Mauritania lege Plin. lib. 5. cap. 1. Solin. cap. 27. Hesiod. in Theog. De iisdem lege Virgilium AEneid. lib. 4. & Lucianum lib. 9. Qui mythologiis delectantur, non ineptè, meo iudicio, quæ de hortis Hesperidum poetæ fabulantur, itémque de aureis malis, virginibus & dracone, ad paradisum referri, in quo primi parentes Ada & Heua, horti custodes, antiqui draconis fraude decepti, malo aureo arroso & se & totum genus humanum in æternum exitium præcipitarunt. E quo, Christi, veri Herculis, beneficio & auxilio denuò erepti sumus: quandoquidem is draconem antiquum, qui est diabolus, conculcauit. hoc est, vi & potentia, qua valebat,

ſpoliauit. Poſſunt etiam per aurea Heſperidũ mala, Punica intelligi, quæ aurei coloris eſſe apparent. Heſperidum mala donare, de eo qui magna & ſplendida largitur: prouerb. apud Eraſmum. Sed ad Cererem redeo, quam poeta in quærenda filia omnes nationes & terrarum extimas oras perluſtraſſe oſtendit. Quod ipſum Ouid. quoque 5. Metam. ſic teſtatur, *Quas dea per terras & quas errauerit oras, Dicere longa mora eſt: quærenti defuit orbis.* Et, *Solis ab occaſu, ſolis quærebat ad ortus.*

V. 12. Οὐ πίες, οὔτ' ἄρ' ἔδῃς] Ibidem Ouid.

Feſſa labore ſitim conceperat, oráque nulli
Colluerant fontes. Et Claudianus lib. 3,
Accingar luſtrare diem: per deuia rerum
Indefeſſa ferar: nulla cæſſabitur hora:
Non requies, non ſomnus erit. &c.

V. 13. -Ἀχελῴου ἀργυροδίνῃ] Achelous, Græciæ fluuius celeberrimus, qui è Pindo Theſſaliæ monte oriens, AEtoliam ab Acarnania diuidit, & duobus alueis per fines Perræbiorum in ſinum Maliacum defluit. Plin. lib. 4. cap. 1, Strabo, lib. 10. vbi & fabula de Acheloo ab Hercule victo recitatur & exponitur, quæ eadem apud Ouid. 9. Metam. extat. Dicitur autem ἀργυροδίνης à nitido & albo aquarum colore: vel à Galactite lapide, qui in ipſo inuenitur. de quo vide Solinum, cap. 13.

V. 14. -ἀενάων ποταμῶν] Fluuii ὀπιθοτικῶς dicuntur ἀένναοι, quaſi perennes, ac perpetuò fluentes. Vide Ariſtot. lib. 1. Meteorol. cap. 13.

V. 15. Τεῖς δ' ὅθι καλλιχόρῳ] Omnium quæ mihi videre licuit exemplarium lectio hunc verſum ita habuit, Τεῖς δ' ὅθι καλλιχόροιο γαμαιδὶς καθίσαν φρητί. quem ego, vt corruptum, ex Pauſania & Nicandro ſic reſtitui vt in contextu hymni legitur. Ita enim Pauſanias in Atticis, Apud Eleuſinios Triptolemi ædes eſt, Propylæa Dianæ, & Neptuni patris: puteus, quem Callichorum appellant, vbi primum chorum Eleuſiniorum fœminæ inſtituerunt, & deam cãtu veneratæ ſunt. Nicand. in Theriacis,

Ἔνθα καὶ οὐπιδαοῦ φὰρ ἀπηβέα βρύγματ' ἔπηι
Ἀσκαλάβου· τὸν μὲν τ' ἐρίηι φάτις οὔνεκ' Ἀχαιὴ
Δημήτερ' ἔβλαψεν, ὅθ' ἅμα σίτου παιδὸς
Καλλίχορον σὺν φρεῖαρ' ἔτ' ἰν Κελεοῖο θεάπναις
Ἀρχαίην Μετάνειρα δίλιπτο θεσμοφόρων. Id eſt,
Ponè venenoſus ſtridorem ſtellio dirum
Edit, cui fama eſt Cererem nocuiſſe Pelaſgam,
Quum pueri in talem conuertit membra figuram,
Callichorum ad puteum: Celei quo tempore coniux
Hoſpitio caulæ diuam Metanira recepit. Aliâs καλλίχορος amœnum ſignificat: vt apud Hom. Odyſſ. 11,

Γυθεόν θ' ἱρηφόλιόν θ' καλλίχορόν Γαιοπόον. De Enna autem, quæ ciuitas eſt in vmbilico Siciliæ, Cereris nobili templo celebratiſſima (à qua ipſa Ennæa dicitur) conſule Strab. lib. 6. Geogr. & Ciceronem Actione 6, & 7, in Verrem. Eandem Stephanus à Syracuſiis conditam refert. De eadem Ouid. 4. Faſt.

V. 17. Μὴ μή τοῦτα κέλευε] Eſt ἀποδιωξις, qua res triſtes & lacrymoſas à ſolenni Cereris ſacrificio reiicit, proponens ſe de iis dicturum quæ Cereri lætitiam & voluptatem conciliarunt. vt quòd fruges, & artem frumentandi ac triturandi inuenit: quòd leges hominum vitæ ſalutares reperit, quòd impios ſui contemptores, qualis Eryſicthon Theſſalus fuit, debita pœna affecit. &c.

Dicta

Dicta autem est Ceres Δηὼ, ἀπὸ τῆ δεῖν, id est, ab inueniendo: quoniam legum & frugum inuentrix est. vel ἀπὸ τῆ δαίειν, id est, à scindendo, quia terram aratro scindere docuit. Ouid. 6. Metam. Proserpinam Deoïda vocat, quasi Deûs & Cereris filiam.

V. 18. -νόμια δοῦσα] Ceres à legibus quas condidit, θεσμοφόρος, legifera: & sacra quæ illi fiunt, θεσμοφόρια dicuntur. Fertur autem prima Ceres leges tulisse: quòd prima homines à victu ferino & glandibus, ad aliquam vitę societatem & terræ cultum reuocarit. Qua de re vide Ouidium, Fast. 4, & Metamorph. 5. vide etiam Orpheũ in Thymiamate Ceretis. vide etiam Virgilium, 1. Georg. & Ciceronem 7. Verr. itémque Isocratem in Panegyrico: & Plinium lib. 7, cap. 56.

V. 20. -καὶ ὡ βόας ζεῦξι] Pro ὠνῦσι. Non modò serendi & metendi rationem hominibus ostendit Ceres, sed etiam triturandi, frumentúmque è paleis secernendi viam docuit. Nam inutilis foret satio & messis, nisi homines panem ex frumentis conficere edocti essent.

V. 21. Δύσκα Τριπτόλεμος] Triptolemus, Celei regis Eleusiniorum, & Metaniræ filius, quem Ceres paterni hospitii memor, agriculturam docuit: & curru impositum, qui alatis serpentibus trahebatur, per totum orbem dimisit, ad vsum frumentarium mortalibus indicandum. Vide Ouid. 4. Fast. Virgil. 1. Georg. Pausan. in Atticis.

V. 22. Κάλλιον, ὡς ἵνα καί τις] Digreditur in historiam Erysichthonis, quem horribili fame propter lucum Cereris violatum, extinctum esse tradit: vt alii hoc exemplo admoniti & edocti, pietatem colere, & non temnere diuos addiscant. Idem argumentum Ouidius Callimachum imitatus, lib. 8. Metamor. elegantissimis versibus pertexuit.

V. 24. Οἷόν που καὶ Κνίδιαν] Descriptio est nemoris ab Erysichthone excisi & violati, sumpta ab antiquitate, conditoribus Thessalis, loco seu situ, & aliis attributis. Ostendit autem nemoris antiquitatem, ex eo quòd conditum sit antequam Pelasgi è Thessalia in Cnidiam commigrassent. quod factum est duce Triopa. Cnidios enim, Thessalorum colonos fuisse, & à Triopa Cnidũ esse cõditum, Pausanias in Phocaicis testatur. Et Stephanus de Dotio (cuius hîc fit mentio) hæc scribit, Δώτιον, πόλις Θετταλίας, ὅπου μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι. Verisimile est igitur Triopam aliquandiu tenuisse Cnidum, & postea reuersum esse in Thessaliam: quo tempore Erysichthon istum lucum succidit.

Ibidem. -καὶ Κνίδιαν] Cnidi meminit Strabo lib. 4, Geogr. Est autem vrbs insignis in extremo cornu peninsulæ, Cariæ adhærentis, sacra Veneri: vt patet ex Horatio, Ode 30, lib 1, Carm. Vide Melam lib. 1, cap. 16.

Ibidem. -Δώτιον] Campi Dotii mentionem facit Strabo lib. 9, & Plin. lib. 4, cap. 9.

V. 25. -Πελασγοὶ] Thessaliam fuisse etiam Argos Pelasgicum dictam, docent Strabo & Plinius.

V. 26. Δένδρων ἀμφικαφεῖς] Alia commendatio nemoris à partibus, & adiunctis: videlicet densitate & varietate arborum, flumine permeante, deáque Cerere, cui hoc nemus consecratum erat. Cæterùm hunc locum, præter Ouidium etiam Lucanus lib. 3. imitatus est: vbi lucum Teutatis in Gallia à Cæsare violatum refert, & arbores ex illo cæsas, ad classem contra Massilienses conficiendam tradit. Eius luci descriptionem ibi vide.

V. 28. -ἀλάπαστον ὕδωρ] De lacu Bœbeide, cuius & Pindarus 3. Pyth. meminit. Strabo prope campum Dotium defluere in 9. Geogr. refert.

V.29. ἐξ αἵματος ἕην] Versus quem ex Homero citauit interpres, lib.21, Iliad. sic extat integer, Χεῦτο μάκυλλα ἔχων, αἱμάσσων δ' ἐξ ἔχματα βάλλων.

V.30. Ὅσσην Ἐλευσῖνι, Τελέσσῳ δ' ὅσσην] Eleusis Atticæ ciuitas, in qua sacra Cereris Thesmophoria quotannis peragebantur: de quibus Pausanias in prioribus Eliacis hæc refert, Multa sanè habet Græcia quæ vel spectentur vel audiantur cum admiratione: sed omnium accuratissimè, diuinitus religione imbutis animis, Eleusinia initia & Olympici ludi celebrantur. Ab Eleusine sacra Cereris Eleusinia, & ipsa mater Eleulina à Virgilio dicta est. Plura de Eleusine Strabo lib.9, Plin. lib.4. cap.7. Triopion verò, Cariæ ciuitas, à Triopa patre Erysichthonis dicta, autore Stephano. Herodot. in Clio Triopium Cnidiorum in Caria regionem facit. Idem in Melpomene promontorium appellat Triopium. Theocriti scholiastes Τελέσσαι Cnidi promontorium esse, in 17, Idyll. annotauit, à Triope, rege Cô, denominatum.

V.31. Ἀλλ' ἦτα Τελεσσάδαισι] Impietatis Erysichthoniæ causa fuit malus hominis genius, & ira dei. Nam deo offenso & irato, homines sibi ipsis relicti, atrocissimis se cõtaminant peccatis, quibus interitũ sibi sponte sua accersunt.

Ζεὺς δ' ἀρετὰν αἴθρησιν ὀφέλλει τε μινύθει τε,
Ὅππως κε ἐθέλησιν· ὁ γὰρ κάρτος ἀπάντων. Pindarus 3. ἐν Pythiorum de Coronide ait, δαίμων δ' ἔπορε Ἐς κακὸν πρέψας ἐξαμά- σσατό νιν. Id est, Malus genius ad perniciem impellens, euertit eam. Triopides autem & Triopeius dicitur Erysichthon à Triopa patre, rege Thessaliæ.

V.32. -ἀ χείρων Ἐρυσίχθονος] Per hypallagen ista dicuntur, pro Ἐρυσίχθων χείρονος βουλῆς ἦλθε: vt qui -*numina diuûm Sperneret, & nullos aris adoleret honores.*

V.37. Ἦς δέ τις αἰγείρος] Versus hos Ouidius sic transtulit,

Stabat in his ingens annoso robore quercus,
Vna nemus: circa mediam memoresque tabellæ
Sertáque cingebant, uoti argumenta potentis.
Sæpe sub hac Dryades festas duxêre choreas. &c.

V.42. Αὐτίκα Νικίππη] Hunc locum Virgil. 7, AEneid. sic expressit, paulo tamen liberius,

-in multos sese transformat aniles,
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos
Cum uitta crines: tum ramum innectit oliuæ.
Fit Chalybe Iunonis anus, templique sacerdos.

Ouid. Metamorph. 3, *-simulauit anum, posuitque ad tempora canos,*
Sulcauitque cutem rugis, & curua trementi
Membra tulit gressu: uocem quoque fecit anilem:
Ipsáque erat Beroe, Semeles Epidauria nutrix.

V.43. -ἦρα δὲ χειρὶ] Ab habitu sacro, quo Cereris Melissæ vtebantur. Gerebant enim spiceas coronas (quas hic στέμματα vocat) & papauera: quæ Cereri sacra erant, vel propter seminum feracitatẽ, vel quòd Ceres papauerum beneficio somnum recuperasset, quem ob filiæ luctum penè omnem amiserat. Theocritus in fine Thalysiorum, -ἁ δὲ γελάσασα, Δράσματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέραισιν ἔχουσα. Interpres ibidem, τὼ Δήμητρα φησὶ μὴ μόνον ἀσάχους, ἀλλὰ καὶ μάκωνας ἔχειν. Cæterùm clauis ab humero suspensa, silentii fuit signum, quòd quum sacra Cereris arcana essent, ea eliminare & diuulgare non licerot. id quod Sophocl. in OEdipo Colon. innuere videtur: inquiens, εὖ πάντα σεμνὰ τῆσδε νομίζεται πόλει Φανεῖσ' ὧν καὶ χρυσέα κλὴς δηλοῖ γλώσσα βέβαιον σεμνόπολιν Εὐμολπιδᾶν. Id est, Vbi antistites venerandæ Cereris fouent mysteria mortalibus:

quarum & aurea clauis in lingua constitit, sacerdotum Eumolpidarum. Hinc Apuleius lib. 6. Metam. Et cætera (inquit) quæ silentio tegit Eleusis, Atticæ sacrarium. &c. Iustinus lib. 5, Alcibiadem Atheuis insimulatum scribit, quòd mysteria Cereris, initiorũ sacra, nullo magis quàm silẽtio solẽnia, enuntiarit. Cui & Plutarchus in vita eiusdem consentit. Aristophanes quoque in Nubib. ἄῤῥητα ἱερά, Cereris sacra dixit. Nam (vt Tertullianus tradit) mysteriis omnibus silentii fides adhibetur. Papauer autem, quod inter cætera Cereris mysteria ferebatur, signum erat fertilitatis, vt diximus.

V. 46. Τέκνον, ὄπις] Ouidius nymphæ dryadis sonum ex arbore conuulsa auditum esse fingit, quæ Erysichthonem ab impio cœpto dehortata sit. ὄπις pro ὅςπις, & ὅπις pro ὅπ.

V. 50. –χαλεπώτερον ἢ πυκαλὸν] Venusta comparatione vultus Gorgonei atrocitatem depingit; quæ à fœuientis leænæ truci aspectu, quo venatorem intuetur, desumpta est: quam Plinius lib. 8. cap. 16, his verbis describit, Quum pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expauescat. &c. Hectoris vultum σκυθρωπὸν ὑ γοργωπόν, Homerus alibi sic repræsentat, Ἀφλοισμὸς δὲ πέρι στόμα γίνετ' ποὶ δὲ οἱ ὄσσε Λαμπετόωω βλοσυρῶπιν ὑπ' ὀφρύσι. Cæterùm Tmarus, qui & Tomarus dicitur, mons est Thesprotiæ: de quo Strabo in fine 7. Eundem in Dodone collocat Plin. lib. 4, cap. 2.

V. 54. –ᾧ ἔτι δαῖτες] Qui Erysichthonem res suas per luxutiam & gulã profudisse, & postea ad mendicitatem redactum, per sordes victum quæsiuisse tradunt, non malè sentiunt. Nam & voracem helluonem fuisse hinc constat, & rebus omnibus absumptis, vicos & compita peragrasse, infrà dicetur. Est enim hæc quasi merces lurconum & comedonum, vt rebus maternis atque paternis fortiter absumptis, scurræ vagi habeantur, nec certum præsepe teneant: vt Horatianus ille Mænius suo exemplo declarat.

V. 57. –γίνεται ἀ' ἀ θεῦ] Virgilius hunc locum 7, AEneid. imitatus est: cuius verba cum his conferantur. ἀ θεῦ, pro ὑ θεὸς, per συναίρεσιν. sicut infrà τοὶ θεῶ pro τῶ θεόν.

V. 59. Οἰκῶ ἄρ' ἡμιθεῆτες] De calonibus & seruis Cæsaris Lucanus lib. 3, hæc, *Sed fortes tremuere manus: motique uerẽda Maiestate loci, si robora sacra ferirẽt, In sua credebant redituras membra secures.* Ἀγαλέος γὰρ τ' ἔσι θεὸς βροτῷ αἰδῶ δαμᾶναι. etiam Homero teste.

V. 61. –αἰαλκέα χ' ἕπεται] Fatalem necessitatem nemo effugere aut declinare potest. Verè enim Sophocles in Antigone dixit, Οὐκ ἔστι θνητῶς συμφορᾶς ἀπαλλαγή. Id est, Fatale nemo deuitare potest malum. Est enim (vt vulgò dicitur) ingens telum necessitas: & scitè Homerus Necessitatis clauum adamantinũ dixit. Elegans quoque apud Herodotum lib. 8, Andriorum iocus est: à quibus quum Themistocles pecuniam postulasset, & negantibus Andriis dixisset: duobus Atheniẽses numinibus fretos esse, Suadela & Necessitate: respondêrunt ipsi, καὶ θεοὺ δύο ἀχθῆτε ουκ ὀλίγον σοφίων τοὶ νῆσον, ἀν' αἰεὶ φιλοχρήμον, Πενίλιν τε καὶ Ἀμηχανίλιν καὶ ταύτων τοὶ θεῶν ἐπικόλους ἐόντας Ἀνδρίους, οὐ δώσειν χρήματα. Id est, Duos quoque Andriis deos esse, quanquam inutiles, qui nunquam terra eorum excedant, sed semper inhabitent, Inopiam & Impossibilitatem: quibus numinibus obnoxios Andrios pecuniam non daturos.

V. 63. Ναὶ ναὶ, πύχος δῶμα] Sarcasmus, quo Erysichthoni insultat, comminationem κῆ τὸ βίαιον in eum retorquens: sicut Alecto apud Virgilium,

En ego uicta situ: quam ueri effœta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit.

V.66. –ἄχιστον ἔμβαλε λιμὸν] Impietatem famis & penuriæ causam esse rectè sentit Callimachus: id quod sacrarum literarum testimoniis, & prophetarum comminationibus notius est quàm vt multis confirmari verbis oporteat: vnde etiam Hesiodus,

Τοῖσι δὲ νεμεσσήσατ' μάχην ἐπάγαγε πῆμα Κρονίων,
Λοιμὸν ὁμοῦ καὶ λιμόν· ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί. Quod Phigalensiũ exemplo Pausanias in Arcadicis demonstrat: quos fame & agrorum sterilitate punitos fuisse ostendit, quòd statas cæremonias & consueta Cereris sacra neglexissent. Est autem omnium miserrima mors, inedia confici, & fame contabescere: quemadmodum Homerici hi versiculi indicant,

Παύτης μὲν θάνατοι συγχεῖ δειλοῖσι βροτοῖσι,
Λιμῷ δ' ἐξέμεναι θανέειν, καὶ πότμον ὀπάσσαι. Id est,

Omnes sunt mortes miseris mortalibus ægræ,
At periisse fame fatali, ægerrima mors est.

V.68. Σχέτλιος ἔσται πάσαν] Famem & βουλιμίαν Erysichthonis, Callimachum imitatus Ouidius, elegantissimis versibus expressit: quos integros, quũ sint commentarii vice, huc apponere libuit:

Lenis adhuc somnus placidi Eryſichthonis pennis
Mulcebat, petit ille dapes ſub imagine ſomni:
Oráque uana mouet, dentémque in dente fatigat,
Exercétque cibo delusum guttur inani:
Préque epulis tenues nequicquam deuorat auras.
Vt uerò eſt expulſa quies, furit ardor edendi,
Pérque auidas fauces immenſaque uiſcera regnat.
Nec mora, quod pontus, quod terra, quod educat aer,
Poſcit: & appoſitis queritur ieiunia menſis,
Inque epulis epulas quærit: quódque urbibus eſſe,
Quódque ſatis populo poterat, non ſufficit uni.
Pluſque cupit quo plura ſuam demittit in aluum.
Vtque fretum recipit de tota flumina terra,
Nec ſatiatur aquis, peregrinóſque ebibit amnes:
Vtque rapax ignis non unquam alimenta recuſat,
Innumeráſque faces cremat: & quo copia maior
Eſt data, plura petit, turbáque uoracior ipſa eſt:
Sic epulas omnes Eryſichthonis ora profani
Accipiunt poſcúntque ſimul: cibus omnis in illo
Cauſa cibi eſt, ſempérque locus fit inanis edendo.

V.70. Τόσσα Διώνυσον] Non fame tantùm, sed siti etiam Erysichthonem pressum esse inquit. Nam eundem Baccho inuisum esse tradit, quem Ceres odit. Qua de causa communia sacra Baccho & Cereri apud Eleusinios peracta esse, nonnulli tradunt.

V.72. Οὔτέ μιν εἰς ἑστίην] Parentes Erysichthonis de filii famelici gula inexplebili & insaturabili inedia conscii, eum domi retinuerunt, neque ad publicos congressus admiserunt: sed ab omnibus conuiuiis, nuptiis, ludis, & vbicũq; honesti iuuenes conueniebant, prudenter remouerunt. Sunt enim turpes liberi parentibus opprobrio, & honestam alioqui maiorum suorum existimationem, infamem reddunt.

V.74. Ἴτωνα Γυρτιάδος] Iton, Thessaliæ ciuitas, à qua Itonia Minerua, cuius in ea templum fuit, vt Strabo lib. 9, tradit. Pausanias templum Itoniæ Palla-

dis inter Pheras & Lariſſam collocat, in Att. Vide Gyrald.

V.75. Ὀρμφίδαι] Patronymicum, quaſi Ormeni filii. Phœnix apud Homerum,

Οἷον ὅτε πρῶτον λίπεν Ἑλλάδα καλλιγύναικα,
Φεύγων νείατα πατρὸς Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο. Id eſt,
Qualis eram Graiis primò digreſſus ab oris,
Quum fugerem Ormenidæ genitoris Amyntoris iram. Fuit & Cteſius Ormenides pater Eumæi: de quo Odyſſ. 15. At de Polyxo Tlepolemi coniuge vide Pauſaniam in Lacon. Eam tamen ab hac diuerſam eſſe cenſeo. Aſterionem quendam inter Argonautas recitat Orpheus, Ἦλυθε δ' Ἀκτορίων Ἴλου παῖς Ἀκτορίωνος, Τρηχίλῳ Ὀπόεντα λιπών. Id eſt, Venit & Actorion Ilo ſatus Actorione, Saxoſum linquens Opoenta. ſiue idem cum hoc Actorione, ſiue alius is fuerit. Alios duos Actoriones cognomento Moliones, Neptuni filios apud Homerum Neſtor lib. 11, Iliad. nominat.

V.76. Οὐκ ἐνδοῖ] Matri, tanquam verſutæ mulieri, meritò has fallendi & diſſimulandi partes attribuit. Δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες ἐξαπατᾶν τέχναι, vt ait Eurip.

Ibidem. -Κρανῶνα βέβηκεν] Crānon (quæ & Cranon à Stephano dicitur) ciuitas Theſſaliæ, ad quam Athenienſes victi ſunt à Cratero. Vide Strabonem lib. 9, Geogr.

V.82. Πίνδου τ' ἀν' Ἀθρυν] De Pindo & Othry montibus Theſſaliæ, lege Strabonem ibidem, & Plin. lib. 4. cap. 7.

V.89. -ἣ δ' ἐς βυθὸν οἷα θαλάσσης] Similitudinibus famem Eryſichthonis amplificat: quas Ouidius imitatione expreſsit, vt ex ſuprà adductis verſibus patuit.

V.94. Κλαῖε μὲν ἀ μάτηρ] Omnes domeſtici miſeriam filii herilis deploraruntque, & afflicto Eryſichthoni condoluerunt, -οἰκτρὰ γὰρ τὰ δύσπρα (vt inquit Euripides) Βροτοῖς ἅπαντ' · κἀν θυραῖος ὢν κυρῇ. Et chorus apud AEſchylum, Prometheum ſic conſolatur, τίς ὧδε νηπενθὴς θεῶν, ὅτῳ τάδ' ὀπτὰ χαρᾷ; τίς οὐ ξυναλγεῖ κακοῖς τοῖσδε; Id eſt, Quis tam duri ſit cordis inter deos etiam, qui his delectetur? Quis non potius condoleat malis tuis?

V.98. Ὑβριστοπάτερ, ἰὼ πάτερ] Precatio eſt deſperabundi patris, ac nimio dolore ſuperati, tandémque fortunæ aduerſæ ſuccumbentis: qua quidem humani ingenii imbecillitas delineatur. Solent enim peruerſi homines plerunque infortunii ſui cauſam in deos reiicere, eóſque iniuſtitiæ accuſare, quando rebus aduerſis premuntur: ſicut Lucanus, dum cauſam armorum ciuilium inquirit, impiè canit quòd pacem excuſſerit orbi Inuida fatorum ſeries. Nec magis piè illud ab eodem dicitur,

-ſeruat multos fortuna nocentes,
Et tantùm miſeris iraſci numina poſſunt. Quanto rectius Theocritus, Οὐκ ὀνειδιστὸν · μανίης τὰ θεῶν ἐνέσαντα. Id eſt, Nemo reprendat magnorũ facta deorum. Quid ergo faciendum? Χρὴ θαλερᾶν χαλεπῶν ἐξ ἄλγεα κοίμφον ἀοιδαὶ Γρίφ τι θεῶν αἰνῖν ὕμνιον ἀθανάτων.

V.99. Σθὶ τε καὶ Αἰολίδες] Triopæ parentes fuerunt Neptunus & Canace AEoli filia: cuius inter Heroidum epiſtolas apud Ouidium, vna ad fratrem Macarium extat.

V.101. Βλῶν ἐς Ἀπόλλωνος] Id eſt, Quamprimum hanc viuendi lucem & hoc ſolis iubar aſpexit. Eſt enim Apollo nihil aliud quàm ſol, & iacula Apollinis, eiuſdem radii, quos in homines ſpargit & proiicit.

V.105. Χῆραι μὲν μαίδραι] Egregia famis pictura. Oſtendit enim, omnibus

eſculentis & poculentis abſumptis,etiam bellicum equum,& felem domeſticum(à quibus rebus homines planè abhorrent) deuoraſſe. Quid enim homines in cibum & eſcam non conuertunt, priuſquam fame emoriātur? Famelici Xerxis milites arborum ſtrictis frondibus, vaccarum more veſcebantur, vt demonſtrat Herodot. lib. 8. in Vraniā. AEolum & Perſarum in vrbe Seſto, quum ab Athenienſibus obſiderentur, ea fames fuit,vt funibus lectorum elixis pro cibo vterentur:vt idem in Calliope tradit. Quin & Potidæenſiū,in obſidione vrbis,tam inſignem fuiſſe famem, vt ne à carnibus quidem humanis abſtinerent, Thucydides memoriæ prodidit. Qui famem Hieroſolymitanam à Ioſepho deſcriptam perleget, is loci huius luculentum habebit commentarium.

V.111. Μέσφ' ὅπερ μὲν] Fames Eryſichthonis tantiſper à domeſticis ſubleuata & ſuppreſſa fuit, vſquedum omnibus rebus abſumptis,nihil fuit reliquum: & ipſe inopia coactus,aliunde victum quærere & mendicare neceſſe habuit. Decet enim vt parentes liberorum, & liberi parentum ſeu miſerias ſeu vitia domi ſupprimant,& quantum in ipſis eſt,emendent: nec (vt aliâs fit) odioſè apud quoſvis traducant,aut eliminent.

V.115. Αἰτίζων αἰόλους] Ouidius addit,Eryſichthonem,quum nihil ei reſtaret amplius,filiam ſuam Metram proſtituiſſe, quæ varias induendo figuras eluſerit amantes, *Præbueritque auido non iuſta alimenta parenti.*

V.116. Δαμᾶτερ, μὴ τλῶς] Epiphonema poetæ ad Ceretē, quo impios conſodales & profanos amicos auerſo vultu deteſtatur: quoniam communi malorum odio ſæpe innocentes cum nocentibus pœnas pendunt:vnde grauiſsimè à Phocylide præceptum eſt,

Ἀλλὰ χρὴ κακοεργὸν ἀποτρωπᾶσθαι αἰάγχῃ.
Πολλάκι σωφρονέοντα κακοῖς οἱ συμπαρέπτης. Id eſt,

Auerſare malos:quoniam diſcrimine nullo

Sæpe luit pœnam bonus & ſceleratus eādem. De clade Lacereæ ſic ſcribit inter alia Pindarus,Hymno 3,Pyth. καὶ γειτόνων πολλοὶ ἐπαύρων. Vide prouerb. Malum vicinum, propter vicinum. Pertinent huc etiam illa apud Horatium libro Carminum 3,Ode 2, *Eſt & fideli tuta ſilentio Merces. uetabo, qui Cereris ſacrum Vulgarit arcanæ, ſub iiſdem ſit trabibus fragilémque mecum Soluat phaſelum.*

V.118. Εἴπατε παρθενικαί] Apoſtrophe ad θεσμοφοριαζούσας: quibus hymnū & precationis formam modúmque præſcribit. Apud Ariſtophanem ὦ θεσμοφοριαζούσαις, eadem ratione præco introducitur, cuius vocem matronæ ſequuntur. Χρὴ γὰρ τὰ τοιαῦτα παρὰ δαμόνων μαστεύειν θνατοῖς φρενί, vt ait Pindarus.

V.120. Χ' ὡς αἱ τὸν καλαθον] Sic legendum eſſe, non χ' ὅσαι, vt vulgatæ habēt editiones, Cynthius me meus, Cruſius, admonuit,qui totum hunc locum diſtinguendo clariorem,vt & multos alios,mihi fecit: quum priùs Delio natatore indigerem qui ſententiam aperiret. Vtiturenim Callimachus hîc comparatione, qua preces & vota matronarum cum ipſis cæremoniis & ritibus confert. Neque enim inania fuerunt ſpectacula,eiuſmodi ritus, ſed maximarum rerum ſymbola & myſteria. Nam albi equi, quibus Canephoræ in curru ad templum vehebantur,felicitatem & lætitiam deſignabant: quia candidus color læti ominis erat,vt niger,mali & triſtis.vnde Ouid. Faſt.lib.4.

Alba decent Cererem:ueſtes candidas albas
Sumite,nunc atri uelleris uſus abeſt. Iidem quatuor erant, quatuor anni partes deſignantes: quibus omnibus & ſingulis Cereris alimento mortales

indigent. Calathus verò floribus & spicis refertus, anni fœcundi & fertilis erat indicium. Discalceatæ verò apertisque seu nudis incedebant capitibus, vt hoc ritu monerent, homines beneficio Cereris, & pedes & caput, etiam sine tegumentis, salua habere, potiúsq; amictu quàm victu carere posse. Postremò cistæ auro refertæ opulentiam significabant, quæ ex Cerere & agricultura, tanquã optimo fœnore, ad mortales, præsertim ad agricolas, redit. Est igitur comparatio hęc omnino τέλειος, hoc est, trium membrorum, in quibus semper prius ὡς est ὡσπερεπικόν: posterius verò ὥς pro οὕτως, est ἀποδοτικόν.

V. 128. Μέσφα πὰ τοῖ Præceptum fert, quo admonet mulieres, quibus ætatum diseriminibus ad sacra Cereris frequentanda conuenire eas oporteat. Erant enim aliæ initiatæ, aliæ non item: aliæ minorennes, aliæ natu grandiores & incessu tardiores: aliæ denique grauidæ, & fœtibus quos in vtero gerebant oneratæ: ita vt longius eum expeditis virginibus & matronis progredi non possent. Vult ergo vt mulieres nõ initiatæ ad Prytaneum duntaxat calathum comitentur: initiatæ verò, seu Canephoræ, ad ipsam Cereris aram & effigiem accedant. Quæ verò vel ætatis vitio, vel vteri pondere impediantur & retardentur, eò vsque procedant, quò pedibus suis deferri possint. Cæterùm initiabantur virgines & matronæ quæ incorruptam pudicitiam seruare decreuissent. sicut meminit horum rituum Theocriti scholiastes: νόμος, inquiens, ἐν Ἀθηναίοις κατ' ἔτος πλεῖν θεσμοφόρια τοῦτο. παρθένοι γυναῖκες, καὶ τὸν βίον σεμναί, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς πλεῖς, τὰς νομίμους βίβλους καὶ ἱερὰς ἀπὸ τῶν κορυφῶν αὐτῶν αἴρεσθαι, καὶ ὡσανεὶ λιτανεύουσαι ἐπέρχεσθαι εἰς Ἐλευσῖνα. Id est, Lex erat vt Athenienses quotannis Thesmophoria hæc celebrarent. Virgines mulieres, quæ vitæ erant integræ, solenni festiuitatis die, sacros & legitimos libros capitibus suis imponebant, & tanquam supplicantes Eleusinem contendebant.

V. 134. Χαῖρε θεά, καὶ πόλιδι] Epilogus hymni precatione constans, qua Cererem inuocat poeta, vt Athenas in pace & felicitate tranquilla gubernet, omniúmque rerum vbertatem & copiæ cornu subministret. Hom. in hymno Cereris,

Χαῖρε θεά, καὶ πόλιδι σόου πάλιν ἄρχε δ' ἀοιδῆς. Id est,
Salue diua potens, hymnósque vrbémque tuêre.

V. 137. -ἴν' ὀξὺν ἄρηται, κἤνος ἀμᾶται] Nam belli tempore eiectis colonis, qui terram ararunt, & sementem fecerunt, milites tanquam fuci fata demetunt, & aliorum laboribus perfruuntur. Vnde voces audiuntur,

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? &c. Orpheus item in Cereris thymiamate orat,

Ἐλθὲ μάκαρ, ἀγνὴ, καρπῖς βεβρυσα θρεπτοῖς,
Εἰρηνῃ καπάρυσσα, καὶ ἀντολίῃ ἐραπεινῇ·
Καὶ πλοῦτον πολύολβον, ἐμοὶ δ' ὑγίειαν ἄασσαν. Id est,
Huc ades ô frugum messíque vberrima mater,
Et pacem largire tuis, legésque sacratas:
Diuitiásque & opes, vitámque tuêre salubrem. Ouid. 4. Fast.
Pax Ceres læta est: ego uos orate colonæ
Perpetuam pacem, pacificúmque diem.

Plura qui voles, Aristophanem in Pace legas.

FINIS.

CALLIMACHI
HYMNI SEX,
Latinis versibus expositi
A NICOD. FRISCHLINO.

HYMNVS PRIMVS,
qui est in IOVEM.

QVID fuerit melius, Iouis inter sacra referre
Carmine, quàm magnúmque Iouem, domnúmque pererinem,
Terrigenûm ultorem, cœlo qui iurat alto?
Dictæúmne ipsum cantabimus, ánne Lycæum?
5. In dubio mens est, quando anceps stirpis origo.
Iuppiter, hi memorant te Idæis montibus ortum,
Arcadicis illi: pater utri falsa loquuntur?
Cretenses semper uani. tibi nanque sepulcrum
Extruxêre, deus, qui semper unus & usque es.
10. Sed te in Parrhasia peperit Rhea: mõs ubi dẽsis
Frondibus obtegitur, sanctúsque in uerticæ lucus:
Quem neque Lucinæ quodcunque laboribus usum
Reptile, nec mulier subeunt: Rheáque uetusto
Apidanes lectum genialem nomine dicunt.
15. Hîc ubi te genetrix sub luminis edidit auras,
Extemplo laticum quæsiuit flumina, partus
Vt sordem elueret, corpúsque abstergeret undis.
Nondum ingens Ladon refluebat, nondum Ery-
Candidior: siccis sed adhuc arebat arenis (manthus
20. Arcadia, undarum tamen olim habitura fluenta
Iugiter. Ops siquidem quo soluit tempore zonam,
Plurimæ erant querceis, quà nunc meat aleus Iaon:
Quáque Melas currit, tũ stridula plaustra ruebant:
Quaque fluit liquidus Carion, antè crueneis
25. Lustra fuêre feris: transiuit sæpe uiator
Hâc ubi nũc Crathis, lapidosa & stagna Metopæ,
Larga sed in terræ latuerunt flumina uenis.
Hoc igitur detenta malo Rhea inclyta clamat,
O Tellus, pare tu quoque: nam paris absque dolore.
30. Dixit, & extentos tulit in sublime lacertos:
Impulit & sceptro montem. Ille utrinque fatiscens
Vim pronoluit aquæ. Tua tum, rex inclyte, lota
Fasciolis membra implicuit diuina, Nedæque
Tradidit, ut Cresso te clam nutriret in antro.
35. Nymphis nam reliquis Opis obstetricibus, unam
Post Styga, Phillyrámque, animo hæc præstabat & annis.
Nec malè grata fuit: nympha quia flumen ab illa
Rhea Neden dixit. Cauconum hoc gurgite uasto,
Iuxta urbem claro Leprium cognomine dictam
40. In mare defertur: longáque ætate uetusto
Potant Callistûs illo de fonte nepotes. (lectis
Iámque ubi te Thennus Cnossum sacra nympha re-
Apportat (quonã Thennarũ urbs proxima Cnosso)
O pater umblicus tibi decidit, Omphaliúmque
45. Inde locum ueteres illum dixêre Cydones.
Iuppiter, & Meliæ tenuere amplexibus almæ,
Cyrbantum sociæ: consoptit Adrastea
Aureolis cunis: tu uerò dulce trahebas
Vber Amaltheæ: mellitos ore tenello
50. Carpebásque fauos, quos Idæ in uertice summo
Fecit apis subito. nomen manet inde Panacra.
Curetes simul armatum duxere choream,
Cymbala pulsantes: strepitu pertusus ut illo
Vagitus teneri nesciret Falaiser ortus.
55. Creuisti bene, nutritus bene Iuppiter altè,
Pubéque ueloci iuuenis tibi floruit ætas.
Quin impuber adhuc faciebas omnia prudens,
Nec gemini fratres, quanuis ætate priores,
Inuidêre tibi cœli communia regna:
60. Vera nec antiqui prorsum dixere poetæ,
Quòd sit sorte tribus diuisus fratribus orbis.
Ecquis enim cœlum atq; erebum, nisi cæcus & a-
Duxere sortes uelit? sortiri conuenit æqua: (mens,
At cœlum atque erebus toto procul orbe remota.
65. Mentiar hæc dicens, aures quæ fallere possint,
Non regem sors cæca deûm, sed dextera fecit;
Et urens, & iuncta tuæ uictoria sellæ.
Quinetiam augurii noluisti nuncia fuluam
Ferre aquilam, quæ dextra meis des semper amicis.
70. Inde uiros iuuenum legisti ex ordine summos:
Non bellatores, non nautam, aut denique natem.
Sed das cœlicolis longè inferioribus illa,
Sed curanda aliis. tum reges eligis ipsos,
Quîs miles, quibus agricolæ, quîs nauita soleis,
75. Omnia quîs parent: quid enim nõ subiacet illis?
Mulciberi sacros celebramus carmine fabros,
Armigeros Martis, uenatorísque Dianæ:

At Phœbo uates fidibus cantare peritos.
,, A Ioue sunt reges: Ioue nil sublimius alto.
,, Regibus inde tuum das ius, & fœdere certo
,, Das seruare urbes: excelsis ipseque præes
,, Vrbibus inspector, seu pressum lege gubernans
,, Obliqua populum, seu candida iura tuentur.
,, Das quoque diuitias, & opum quod sufficit illis:
,, Haud tamẽ ex æquo. quod nostro in rege uidere est:
Qui longè imperium latéque extendit in orbem:
Vespere qui peragit, lucis quæ suscipit ortu:
Vespere magna quidem, subito sed tempore parua.
Aſt alii hæc anno peragunt, sed pluribus illa:
Nil alii prorsum, quibus omnis fracta facultas.
Salue magne pater, rerum dator alme bonarum,
Et uitæ incolumis: tua quis pia concinet acta?
Nemo fuit, nec erit. quis enim Iouis acta celebret?
Salue, salue iterum: da cum uirtutibus aurum.
,, Nam sine uirtute haud reddit fortuna beatum.
Nec sine fortuna uirtus. Da dexter utrunque.

HYMNVS SECVNDVS, qui est in APOLLINEM.

QVANTVM cõtremuit Phœbi Parnassia laurus!
Quantum tota domus! procul hinc procul ite profani.
Ostia iamdudum pulchro pede tundit Apollo.
Aspicit & subito quiddam arbor Delia suaue
Innuit, ac pulchrum modulatur in aëre cygnus.
Ipsi nunc moto procumbite cardine uectes,
Ipsa etiam sacra claustra. procul non distat Apollo.
Et uos, ô pueri, cantúsque choróque mouete.
Non omnes Phœbum aspiciũt, sed quisquis honestus:
,, Quique uidet, magnus: qui non, ultimus ille est.
Cernemus te non ules, iaculator Apollo.
Nec cithara siluisse uelim, pedibúsque tacere
Iam pueros, Phœbo gressum huc tendente benignũ,
Si thalamos ambire uelint, si radere canos,
Aeternóque suos fundamine ponere muros.
Admiror pueros, quando chelys insonat icta.
Ore fauete omnes qui auditis Apollinis hymnum.
Ore suo fauet & pontus, quum carmine uates
Seu citharam, seu tela canunt cœlestia Phœbi.
Nec Thetis ablatum mater deplorat Achillem,
Io Io Pæan quoties audire licebit.
Petra suos etiam differt lacrymosa dolores,
Humida quæ quondam Phrygiis induruit oris,
Pro Niobe mœrens, & hians plorabile quiddam.
,, Dicite Io Pæan. nouit contendere diuus.
,, Qui malè cœlicolis obstat, is regibus obstat:
Quique meo regi, is Phœbo temerarius obstat.
Quum chorus ad uotum cantârit, Apollo decorem
Addet. nanque potest: dexter quando assidet alto
Ille Ioui. Phœbum sed luce haud concinet una.
Vndique laus Phœbi: quis non facilè ornet eundẽ?
Aurea sunt Phœbo sua pallia, & aurea uestem
Fibula subnectit: lyra, neruus, & ipsa pharetra
Aurea, cum sociis. auro prædiues Apollo,
Et pollens opibus (Pythone est ærnere) & idem
Semper formosus, semper iuuenísque: nec illi,
Fœmineæ quantum, florent lanugine malæ:
Et coma odoriferum terris instillat oliuum.
Haud adipem Phœbi demissi à fronte capilli,
Sed fundunt ipsam panaceam: & sicubi guttæ
Deciderint, illic cuncta immortalia fiunt.
Nec tot quisquam artes quot Phœbus callet Apollo:
Ille sagittantes; sibi deligit, ille poetas:
Phœbo cum iaculis sunt & pia carmina curæ,
Sortilegúmq; notæ, & uates: quin & duæ Phœbe
Addiscunt medici properantem auertere mortẽ.
Dicimus & pastoralem cognomine Phœbum,
Ex quo quadrũgos Amphrysi ad flumina pastor
Pauit equos, magno Admeti succensus amore.
,, Pascua plena uirent, nec sunt sine mollibus hædis
,, Interoues capræ quas uultu respicit æquo
,, Phœbus oberrantes: nec sunt sine lacte bidentes,
,, Nec steriles unquam: iuncti errant omnibus agni:
,, Quæque erat unipara, hæc pariet mox fœta gemellos.
Phœbicolæ firmis posuerunt mœnibus urbes.
Nam quædam Phœbo est muros urbésque uoluptas
Condere: sæpe idem fundamina prima locauit.
Cornea quadrimus posuit fundamina Phœbus
Ortygia in celebri, prope caruæ stagna paludis,
Quum uenata soror portauit densa caprarum
Cornua Cynthiadum, Phœbúsque altare locauit,
Et sedem è cornu statuit, de cornibus aram
Fixit, & è duro construxit mœnia cornu.
Sic didicit Phœbus fundamina prima locare.
Phœbus & apricam Batto communit urbem,
Quum Libyca intrantes deduceret arua colonos
Dextera coruus auis. nostru quoque regibus urbes
Se dare iurauit semper bene fidus Apollo.
Phœbe, Boëdromium multi te nomine dicunt,

Multâ te Clarium (quia sunt tibi nomina multa)
Ast ego Carnæum patrio te nomine ritu.
Sparta tibi Carnæ fuit primaria sedes,
Altera dein There, pòst tertia, clara Cyrenes
Mœnia. de Sparta Theræam duxit in urbem
Sextus ab OEdipoda Theras: at rursus ab illa
Sanus Aristoteles Asbystida duxit in oram:
Templaque construxit pulchra, & solenne parauit
Vrbe tibi tectum, quo multi altaria fortes
Ante tua elisо procumbunt poplite tauri.
Io Io, Carnæe diu multumque petite:
Vere tibi flores tua dant altaria, quotquot
Ver pictum, Zephyrus rorem spirantibus, edit:
Hyberna sed luæ crocum: tibi flamma perennis,
Et nunquã in cineres hesternæ abiere faullæ. (nyûs
Quippe hilaris tunc Phœbus erat, quũ bellica E-
Turba choros ageret, nitidis admixta Libyssis:
Quum sacra Carnæi uenissent tempora festi.
Sed nondum fontem poterant adisse Cyrenes
Dories, Azirus sed adhuc nemora alta colebant.
Hos uidit rex ipse, suæque ostendit amicæ,
Cornibus insistens Myrtusæ. ubi pulchra leonem
Hypseis necuit furem gregis Eurypylæi.
Nil hoc uidit Apollo choro diuinius unquam:
Nec dedit ulli urbi tot commoda quanta Cyrenæ,
Præteriti raptus non immemor. at neque Phœbi
Vllum Battiadæ plus numine numen honorant.
Io Io Pæan audimus: quod tibi carmen
Primitus inuenit hilari plebs Delphica plausu,
Vt primùm auricomas misisti in luce sagittas.
Nam tibi Pythonem fera magna occurrit eunti,
Horribilis serpens: quem tu densissima mittens
Tela, peremisti: populúsque applaudere cœpit
Io Io Pæan, iacæ: nam tua te sibi mater
Tutorem peperit. manet hoc melos inde superstes.
» Liuor aut Phœbi sic clandestinus in aures,
» Non miror uatem, qui non, quantũ æquora, cãtat.
» Liuorem pedibus Phœbus detrusit: & inquit,
» Magnus in Assyria fluit amnis: sed quoq; multam
» Illuuiem & sordes trahit ille paluſtribus undis.
» Nec Cereri libant quouis è fonte Meliſſæ,
» Sed qui limpidior illimi ab origine paruus
» Fons salit, est aliis præstantior omnibus undis.
Salue rex: abeat malè perditus in cruce Momus.

HYMNVS TERTIVS, qui est in DIANAM.

DIANAM (nec enim decet hanc transire canentes)
Laudibus ornamus, cui tela & retia curæ,
Multiplicisque chori, ludique in collibus altis.
Hinc orsi, ut patrio incumbens in poplite quondam,
Voce sit æternum puerili affata parentem:
Da mihi perpetua, Tata iucundissime, dixit,
Virginitate frui: da nomina, ne mihi Phœbus
Certet: da tela atque arcus. non posco pharetram,
Nec telum pergrande: (mihi Cyclopes acuta
Spicula iam facient, & neruo flexile cornu)
Sed longam picto chlamydem circundare limbo,
Et luem ferre, & celeres transfigere cæruos.
Da sexaginta nymphas, pater, Oceaninas,
Omnes nonum annum natas, castásque puellas.
His simules alias uiginti Amnisidas adde,
Quæque mihi endromides curent, ubi figere lyncas
Et cæruos forte abstuero: catulósque saginent.
Da montes omnes, & cunctam mœnibus urbem,
Quam tu cunque uoles. rarò descendet in urbes
Dea. nam montes habitabo: urbésque uirorum
Tum demum musam, duro quum fœmina partu.
Lucinæ auxilium petet. has me nanque iuuare
Sortilegæ à prima statuerunt luce sorores:
Quòd mea me pariens atque intra uiscera gestans
Non doluit mater, nulloque exuxa labore est,
Sic aut. & mentum genitoris uellere tentans,
Sæpe manus frustrà extendit Latonia, donec
Arriperet. risu pater optimus annuit olli: (phæ
Et manibus mulcẽs, Quando hos, inquit, mihi nym-
Nunc pariunt fœtus, nubili Iunonia ducam
Iurgia. túque adeò cape iam quæcunque petisti
Filia: quin maiora tibi pater optimus addet.
Ter denas urbes multis cum turribus addam:
Ter denas urbes, quæ præter magna Dianæ
Numina, nulla colent, téque unam in uota uocabunt.
Oppida multa etiam mediis tibi, filia, terris
Constituẽs, mediisque fretis: & ubique Dianæ
Et nemora atque aræs cernes. tum portubus ipsis,
Ipsis in triuiis custos eris. Hæc ita fatus
Annuit, & multu firmat: quum protinus illa
Albi summa petit Cretæa cacumina montis,
Oceanúmque uenit, nympharum ubi feliget agmen:
Nymphas nonum annum natas, castásque puellas.
Gaudebant Cærati undæ, gaudebat & ipsa
Tethys: filiolas comites misisse Dianæ.
Inde etiam Cyclopas adit, reperitque uetustæ

Præ foribus capturus adest, quam fortè reuersa
Apportes pinguem diis escam. orcoque cachinno
Dii ridebunt omnes: præque omnibus aspera Iocus
Sicubi prægrandem curru de præpete taurum
Proferat, aut tremulus luctantem cruribus aprum.
Tum quoque uersutis te affatur callida uerbis:
Sterne feras rabidas: hominum quò te inde patro-
Vt me, turba uocat: lepores sed mitte capréque (nã,
Montibus errare. ecquid enim leporesque capréque
Commeruêre? sues agros populantur & hortos,
Damnáque dant tauri mortalibus: hos age perdas.
Sic ait: inde feram circumstans usque laborat.
Nam neque qui Phrygio deus est sub stipite factus
Expulit ore famem, sed uenter adhuc manet illi,
Quo uertunt agros occurrit Theiodamanti.
At tibi colla iugo curuarum libera mulcent
Nymphæ Amnisiades, prato & Iunonis apricò
Messa ferunt illi, foliis gratissima ternis
Gramina, quæque Iouis comedunt alimenta ca-
Auratas etiam replent humoribus urnas, (balli.
Quà sine grata magis Dianæ pocula cornis.
Ipsa patris properas ad tecta: ibi protinus omnes
Te superi mutant. tu Phœbo adiungeris uni.
Ast ubi te circum saltabunt undique nymphæ:
Qua rigat Inopus fœcunda AEgyptius arua, (nas,
Aut Pitane in celebri (Pitane & tua) seu prope Lim-
Aut ubi rursus Alas habitatum Araphenidas, ora
Veneris è Scythica, tauros exosa nefandos:
» Ne tũ cultis boues mercantur præmia nostræ
» Iugera findendo peregrino subditæ aratro.
» Fractæ aliis duro curuacem & membra labore,
» Ad septum uenient: etsi Stymphalides essent:
» Nonum annum natæ, longos quæ ducere sulcos
»» Præreliquis possunt. quãdo & sol aureus illũ
Nunquam præterijt cœtum: sed spectat ab alto
AEthere, producítque diem, currúsque moratur.
Quæ uerò reliquis tibi gratior insula? qui mons?
Qui placet portus? quæue urbs? quã denique nym-
Aut quasnam socias tibi fœcris heroinas? (pham
Dic dea tu nobis, aliis ego carmine pandam. (est:
Vrbs tibi Pergæ placet: Doliche magis insula grata
Mons tibi Taygetus: sed portus in Aulide charus
Euripi maru. ante alias Gortynida nymphas,
Ceruarum iaculatricem Britomartin amasti:
Cuius amor montes egit Minoa per omnes.
Nympha sed aeria quandoque erat abdita quercu,
Irrigus quandoque locus. ast ille nouenos
Per tesqua & rupes peragrauit & auia menses.
Nec prius abstinuit, quàm prensa cacumine ab
alto
Penè mari insiluit, piscatorúmque petiuit
Retia, quæ profugam texêre. Sidones ab illo (lauit,
Tempore Dictynnam nympham, montem unde uo-
Dictæum dicunt: positis ubi munera libant
Sacra aris: tunc lentiscus pinúsue sororum
Sertum est: at myrteus manibus non tangitur ullis.
Ramus enim myrti peplo Britomartis inhæsit
Quum fugeret. myrtus inde est infensa Diana.
Vpi, nitens regina oculis, dea lucus, ab illa
Virgine Dictynnæ faciunt tibi nomina Cretes,
Cyrenen etiam sociasti, illique dedisti
Ipsa duos quondam catulos uenatibus aptos:
Quis ad Iolciacum palmam Cyrena sepulcrum
Abstulit. his Cephali uxorem tibi uertice flauam
Iunxisti socium, & propriis (ut fama uagatur)
Charior Anticlea fuit tibi semper ocellis.
Primæ humeris illæ pharetras cleréque sagittas
Gestarunt, dextrósque exertos ferre lacertos
Sueuêre, & nudus hastam tractare papillus.
Hic & Atalantam cursu perniciæ puellam
Iunxisti Iasii, gaudentem cæde ferina:
Et docuisti agitare canes, & tendere tela.
Non hanc eximij spernunt Calydonis sub alta
Fortis apri uenatores: & Mænalus ora
Mostrat adhuc dentes, victricia signa, ferinos.
Nec reor Hylæum, nec cassum pectore Rhœcum
Hanc iaculatricem, quamuis Acherontis sub imo,
Carpere. mendacis siquidem traiecta docerent
Viscera. quæque madent crudeli Mænala cæde.
Salue diua potens tectis atque urbibus altis,
Mileti præses. nam Neleus te sibi legit
Ductricem, profugus quum classe exiret Athenis.
Chesias, Imbrasie, solio sublimis: in ædem,
Cœli hyemem contra, clauum tibi fixit Aerides
Tempore quo clausos retinebas carcere uentos.
Quando ratis Graiûm populatum mœnia Troiæ
Exibant, Helenæ iratæ Rhamnusidos ausis.
Bina etiam posuit tibi fana insignia Prœtus:
Vnum quod Cories dixit, quia Prœtidas ipsi
Asia lustrantes reuocaras: altera Lusis
Hemeries: quia sustuleras è mente furorem.
Quin & Amazonides, studio gens aspera belli,
Littora iuxta Ephesi statuam sub stipite fagi
Extruxêre tibi. tunc Hippo sacra peregit.
Atque illæ armatas mihi duxêre choreas,
In clypeis primùm, consertis inde per orbem
Extentum manibus stantes. cantabat auenis
Fistula, quam densæ matres glomerantur in orbem.
Nondum etenim æruis terebrauerat ossa Mineruæ
Noxius hinnulco labor. at sonus editus ibat

Sardes, & Phrygij Berecynthia culmina montis.
Illæ autem pedibus strepitum pharetrisque ciebãt.
Hanc dem extructa est moles uastissima templi
Effigiem arcu, quo nil diuinius Eos
Splẽdidiúsue uidet. Pythonẽ hoc uicerit ipsam.
Quare amens fuit hoc se deuastare minatus
Lygdamis: & secum mulsores duxit equorum,
Cimmerios, penè innumeros, ac puluere instar,
Qui degunt Scythicas uli Bosphorus alligat undas.
Ah miserum regem, quàm stultè errauerat! ipse
Nũquam erat in Scythiæ rediturus prata, nec ullus
Quorum constiterant currus in rure Caystri.
Fortia nanque Ephesum semper tua tela tuentur.
Salue Munychie, portus patrona, Pheræa.
Nemo piam temnat Dianam. nam neque tempo
Illius altari spolia inclyta rettulit OEneus.
Nemo uenatu, nemo illam prouocet arcu:
Constitit Atridæ pretio ostentatio magno.
Ambiat hanc nemo sponsam sibi: quippe nec Otus,
Nec miser Orion thalamos petiêre secundos.
Nemo chorum fugiat solennem: quippe nec Hippo
Cirræa aram renuit, sine fletu, agitare choras.
Salue diua potens, & uersibus annue nostris.

HYMNVS QVARTVS,
qui est in DELVM.

QVANDO sacram tandem celebrabis carmine Delum,
Mens, Phœbi natale solum? sunt laudibus omnes
Cyclades, AEgæo quæ stant in marmore sacræ,
Eximiæ: at primas à musis inclyta Delus
Postulat: absterfit quòd natum prima patronum,
Cuniſq; inuisit, diuósque adolemt honores.
Vt Musæ oderunt uatem Pimplea tacentem
Antra, ita Phœbus eum qui Deli nomina transit.
Delum nunc igitur uersu memorabo: uicissim
Vt me Phœbus amet, memorem cælluris alumnæ.
Illa im nota iacet, uentis licet aspera & undis:
Tritáque plus mergis, quàm præpetis ungue caballi
Insula: fulta mari, & spumans aspergine arcum,
Quam tumida Icarij detergunt flumina ponti.
Piscantum nunc turba tenet, gens strenua remis.
At nemo inuideat præferri carmine Delum.
Donec in Oceano, donec Titenide Tethy
Insulæ erunt, semper præcesserit omnibus illa.
Pone illam Phœnissa mouet uestigia Cyrnus,
Haud agro sterili: piscosáque Macris Abantum,
Sardiniique sinus, & quam super alta natauit
Cypria, pro scala conseruans nautica eandem.
Illæ equidem florent munitæ turribus omnes,
Sed Delus Phœbo. quid sepio firmius isto?
Saxa quidem & lapides sternuntur ab impete quondam
Strymonij Boreæ: Deus immolabilis usque est.
Tantus Dele tuam patronus circuit oram.
At quum multa tibi recinentur carmina uatum,
Te quibus inoluam? tua quidnam audire uoluptas?
An loquar ut primùm magnus deus ense trisulco
Concutiens iugum, quem fabri struxêre Sicani,
Abscinderit ponto terras, omnisque deorsum
Mouerit ex imo, pelagique immerserit undis?
Ille quidem reliquas fundo firmauit in imo,
Terras auulsas: sed te uis nulla tenebat:
Liberáque errabas pelago: sed tum tibi nomen
Asteriæ fuit, in fossam quòd cælitus altam
Incideris, fugiendo Iouem, æu fulgidus aster.
Nec prius es sacro Delus cognomine dicta,
Quàm Latona tuum profugo pede limen adiuit.
Sæpe alta Træzene uiri, quâ regia Xanthi est,
Tendentes Ephyram, prope littora curua Saronis
Conspexêre, Ephyræ soluentes littore rursum,
Non uidêre ultra: sed tu tum fortè meatum
Euripi intraras, streperis quâ labitur undis.
Hinc mox Chalcidici linquens freta cærula ponti,
Spumea Cecropij renatasti ad littora Sunij,
Aut Chion, aut ueteris perfusa cacumina limphis
Parthenias (nondum fuerat Samos) hîc ubi nymphæ
Te patris Ancæi Myæleſides exceperunt.
At quum prima solum Phœbo natale dedisti,
Hæc tibi retribuit gratus cognomina nauta,
Quòd iam nox obscura nates, sed fluctibus altis
AEquoris AEgæi radiæs egerus imas:
Nil metuens iram Iunonis, quæ simul omnes
Prole Iouem patrem facientes duriter odit:
Latonam in primis, puerum paritura quòd esset
Sola Ioui, charo potiorem Martæ parenti.
Ergo illam cælo speculans obseruat ab alto,
Infandumque premens, pressámque doloribus ægru,
A partu prohibens. custodes insuper illi

Additi erant gemini: quorum Mars uertice summo
Thracij mistens AEnei circundatus armis
Obserat crudus. longo munita recessu
Texerat interea Boreæ spelunca caballos.
Altera, terrarum quas separat Amphitrite,
Custos, Iris erat, speculámque Mimante tenebat.
Quáque ierat Latona suos partura gemellos,
Arcebant, sedémque illi toto orbe negabant.
Arcadia hanc fugit, fugit mons inclytus Auges
Parthenius: fugit retrò sens unda Phenæi:
Fugit & ora omnis Pelopis, quanta adiacet Isthmo,
Argos & AEgialum prope. nam dea territa non hac
Transiit: Inachius quia Iuno insederat undis.
Fugit & Aonie cursu uno, ipsamque sequutæ
Dircéque & Strophie, lapidosi brachia habentes
Ismeni patris: quum tardè Asopus & ipse
Ponè sequebatur, rapido quia fulmine tactus.
At Melie festas suspendens nympha choreas,
Horruit infelix, totóque expalluit ore,
Mœstáque pro ueteri singultiit iliæ, motam
Vt audit Helicone comam. mihi dicite Musæ
Sintne unà Dryades uerè cum queraubus ortæ.
Nymphæ equidè lætæ, quū quercus imbre rigātur:
Nymphæ iterū tristes, ubi quercus frōdibus orbæ.
Hunc igitur latitans utero sucrnsuit ipse
Phœbus, & est Thebu non uana uox minatus:
Thebe, quid infelix tibi cladem instare cruentam
Argus? multum ne me ad præsagia cogas.
Nondum Pythonis tripodes, nec limina curæ:
Nondum etiam serpens iacet. atqui è flumine Plisti
Bellua prorepens immani corpore cingit
Parnassum, sinuátque nouena uolumine terga.
Sed tibi iam lauri uerbum sit acutius illud
Indicio: fuge. tincturus nam sanguine telum
Mox adero. tibi enim blasphemæ pignora matris.
Non mihi tu nutrix tellus, non alta Citheron.
Sancti me curant. sanctos ego curo uicissim.
Hæc ait, & gressus illinc Latona tetendit,
Quúmq; illā eiicerent uenientē gentis Achiuæ
Mœnia, Tænario urbs Heliæ gratissima diuo,
Dexamenique olim OEniadæ sacra Bura bubile,
Thessaliam conuertit iter: sed fugit Anaurus,
Et Larissa ingens: fugit Chironia rupes,
Fugit Peneus per Thessala Tempea flexus.
Nec dum Iuno tuum satiaras effera pectus,
Nec fracto es miserata animo: quū nympha lacertos
Sustulit, & tali nequicquam uoce precata est:
Nymphæ Thessalides, fluuij surge, dicite patri
Fluctum compescat tumidū: barbánq; precātes
Mulcæ, ut partu liceat Ioues edere prolem.
O Penee, Notos quid nunc Phebiota lacessis?
Non tibi uictoris, pater, ora regenda caballi.
Anne pedes celeres ita sunt tibi semper? an ullo
Nostri odio tantum properant? hodiéne uolucres
Feciſti subitó? sed surduit. ô onus ingens,
Quò fero te? languent toto mihi corpore nerui.
Pelion ô Philyræ limen sponsale, resiste,
Siste gradum: quando & partus in colle dolores
Sæpe tuo crudos sæuæ posuêre leænæ.
Ergo illi hæc lacrymis retulit Peneus obortis,
O dea, uis fati est ingens dea. nanque dolores
Non ego nympha tuos renuo: qui flumine noui
Plurima quòd nostro sit lota puerpera: sed me
Aspera Iuno mouis terret. tu respice quantus
Monte hoc consistat speculator: uertat hic imo
Me facilè ex fundo. quid moliar? ánne perire
Peneum sit dulce tibi? sed eat mihi lux hæc
Fatalis: patiar te propter: si quoque noster
Alueus æternùm sitiendam amiserit undam,
Simque ego temnendus fluuijs ex omnibus unus.
En me. quid superest? solùm Lucina uocatur.
Dixit, & immensos fluctus retraxit. at hostis
Pangæi Maurors auulsa cacumina montis,
Iniecturus aquæ, & fluuiū tecturus amœnum,
Desuper increpuit, sautúmque tricuspide ferro
Percalit. illa sono ingemuit, mónsque Ossa tremore
Horruit, & Cranonis ager, Pindique sonori
Secessus. ualidóque omnis concussa pauore
Thessalie. tantum motæ arma dedêre fragorē.
Ceu quādo horrisonis mons mtonat AEtna cauernis,
Eructátque globos flammarum & saxa sub auras,
Quū fessum Briareus mutat latus: intremit atra
Forcipe Vulcani ciectus fornacibus ignis,
Et gemitus operæ attollunt, stridéntque lebetes
Fluminuoni, & tripodes colliſæ horrēneq; tonántq;.
Haud minor armorum & duri fragor editus æris.
Non tamen absessit Peneus, sed uelut antè
Constitit immotus, cursumque repressit aquarum.
Donec eum Latona uocans, Serua (inquit) amicæ,
Serua te: ne quid tali me propter acerbi
Pro pietate feras. aderit tibi gratia quondam.
Sic ait, & pelagi, multo prius acta labore,
Hospitium quærit, sed pellitur insula ab omni.
Non illam portu dignantur Echinades amplo,
Nec Corcyra capit, quantumuis hospita tellus.
Callida nanque Iris celso speculata Mimante
Omnibus eiecit: sed & hos metus aer agebat,
Terribilesque minæ, ne quam deprenderet Iris.
Venit & in ueterem Coæ Meropeida terræ,
Stant ubi Chalciopæ sacrata heroidis antra.

Sed puer ex utero matri tum dixit eunti:
Ne parias hîc me, genetrix, licet insula non sit
Hæc inuisa mihi: nam diues & rubere gleba est.
Sed deus huic alius fatis debetur ab altis,
Cara deûm soboles: cuius sub regia iura
Sponte sua uenient mediæ latissima terræ
Climata, quæque iacent altis in fluctibus arua.
Quáque patent ortus, & quâ se gurgite fessi
Solis equi tingunt. mores scit ille parentis.
Quinetiam socius olim pugnabimus armis:
Tempore quo Graiis Celtæ fera bella mouebunt,
Barbaricum urgentes Martem, uiolenta gigantum
Posteritas, quondam Hesperiis toto orbe remotis
Affluxura plagis: hyemis grandinis instar,
Aut stellis similes, quum plurimæ in æthere fulgent.
Mœnia Locrorum, uicique & Delphidis altæ,
Ruráque Crissæa, & mediæ lata oppida terræ,
Lamentisq; frement, ærnéque ardescere fructus
Finitimi ruris. nec fama inserta uagatur:
Sed iam pronteant circum mea templa phalanges
Celtarum: tripodesque meos iam cinxerit ensis
Hostilis, & lato crudelis baltheus orbe,
Stataque densa uirûm, Gallo euentura furenti
Exitio. nã pars clypeûm mea præda futura est.
Pars gerulos usura suos moxigne cremari,
Ad Nilum uenient, Ptolemæo præmia regi
Danda laborifero. tibi enim Ptolemæe futura
Vaticinor. uatem tu nunc in uentre latentem
Olim laudabis. tu uerò ades optima mater.
Insula clara maris quædam supereminet undis,
Errabunda, pedesque loci statione mouentur,
Ac more albuci renatat circumflua ponto.
Hinc Notus, inde Eurus partes impellit in omnes.
Huc age me portes: erit hæc tibi promptior ora.
Dixerat, atque omnes cedebant æquore terræ.
Asteric, Euboicis tu tunc egressa fluentis
Cycladas intraras, nec te uetus alga natantem,
Alga sequebatur uicino nata Geræsto. (serta
Iámq; mari in medio steteras, nymphéque micantes
Algam exussisti simul omnem. torâque flammis
Ardebas, miserámque uidens ægramque dolore:
Iuno, fac quodcunque uoles. nam non ego nostras
Curo minas. huchuc ades, huc ades, optima nympha.
Dixisti. infando simul illa errore leuata est,
Assedítque uadis Inopi, uberrimus undis
Qui scatet, AEthiopum quando de uertice Nilus
Præcipiti exundans torrenti flumine fertur.
Et zonam soluit, cubitóque innixa resedit
Ad palmæ truncum, immẽsos perpessa labores:
Ac gelidus toto manabat corpore sudor.

Tandem suspirans, Quid, ait, me parule torques?
En tibi quæ ponti tellus circumstat undas:
Nascere parue infans, utero & feliciter exi.
Iuno Iouis coniux, tu uerò haud inscia facti
Esse diu poteras. talis tibi nuntia uenit:
Mixtáque suspirans retulit formidine uerba.
Iuno deas inter reliquas dignissima cunctas,
Omnia cui parent, cui pareo & ipsa: polúmque
Quæ regis imperio, quam præter nulla uere-
Numina diuarum: tu causam noueris iræ. (mur
Insula in hac soluit Latona puerpera zonam:
Quámq; aliæ pepulêre omnes, quam nulla recepit,
Hanc sola Asteriæ uenientem insana uocauit,
Asteriæ, uiles scopæ maris, ipsa uti nosti.
Quare age (quũ possis) fer opem, dea maxima, seruis,
Qui terras peragrando omnes tua iussa capessunt.
Dixit, & aurato solio subnixa resedit:
Ceu quondam catulus, uenatu ubi fortè Diana
Fessa redit, iuxta recubat uestigia, & aures
Subrigit, hortamen Phœbes audire paratas:
Sic tum clara throno insedit Thaumantias alto.
Illa sui solij non obliuiscitur unquam,
Non si Lethæam somnus suffulserit alam:
Sed caput obliqua sublime in sede reponit,
Et somnum paruo durantem tempore ducit:
Nec zonam remouet, æteres nec corpore soluit
Endromidas: uerbis ne æstigetur amaris.
At Iuno indomito retinens sub pectore bilem,
Sicine probra Iouis, furtim-ue atus, & usque
Sic furtim pariatis? ait: non hîc ubi matres
Difficili reliquæ partu torquente laborant,
Sed qua speluncis Phocæ enituntur in atris.
Sed tamen Asteriæ culpam haud sucensco obistam:
Nec fas ut tantillo odio pro talibus ausis
Persequar, immeritæ quæ fecit grata sorori.
Imò etiam ueneror, quòd nostrum ascendere lectum
Noluit, antetulitque Ioui fera flumina ponti.
Sic aut, & suaui modulantes gutture cygni
Mæonium liquêre amnem, circúmque uolarunt
Térque quatérq; sinũ Ortygiæ, cantúsque dedêre
Musarum uolucres, argutæ uocis olores.
Inde lyræ neruos tot postea fecit Apollo,
Partifico quoties cygni accinuêre dolori.
Necdũ cantarunt octauum, & natus Apollo est.
Deliades etiam, fluuij sturps, sacra sonabant
Carmina Lucinæ: quum totus inhorruit æther,
Ingentémque fragore dedit resonans ululatum.
Nec Iuno inuidit: nam Iuppiter expulit iram.
Aurea tum tibi sunt fundamina Delo locata:
Auro currua palus hac fluxit luce coruſco:

Auri-

Auricomas natale ſolum portauit oliuas:
Auro deuoluit plenas Inopus arenas.
Ipſa quoque aurata puerum tellurē leuatum
In grenium nutrix poſuiſti, ac talia fatus es,
O magna, ô multis aris atque urbibus aucta,
Et terræ pingues, & uos maris inſulæ iniqui:
Illa ego ſum tellus, cultu aſpera: ſed tamen à me
Delius ille feret cognomen Apollo, nec ulla
Terrarum cuiquam fuerit tam grata deorum:
Non ſua Neptuno Cenchris celebrata Lechæo,
Non ſua Mercurio Cyllene, aut Creta Toxanti,
Quantum ego Latoidæ. nec poſt errabo per undas.
Hæc ita dixiſti, ſed is ubera blanda trahebat.
Tempore iam ex illo cunctis tu ſanctior oris
Diæra, & Phœbi nutrix. nec bellica Enyo,
Nec Pluto, nec Martis equi tua limina pulſant,
Sed tibi primitiæ dantur decimæque quotannis,
Exercentque choros latæ cuncta oppida terræ,
Quæque habitant ortum, quæ occaſum, quæque dici
Feruida ſortę tenent medij loca, quæque Borei
Littora arua colunt: multos gens uiua per annos.
Primi illi calamos portant ſacróſque maniplos
Spicarum: uigiles quos è Dodone Pelaſgi
Egreſſos longe excipiunt, gens dura ſonoros
Pellibus in ſtratis ſolita obſeruare lebetes.
Inde ſacram ueniunt urbem, monteſque petroſæ
Melidis. hinc læti terræ aduertuntur Abantum,
Quâ campus floret Lelantius. haud procul inde
Curſus ab Eubœa. nā proximus eſt tibi portus.
Primæ hos portarunt à flauicomis Arimaſpis
Vpis & inſignis Loxo, uiuaxque Hecaerge,
Filiolæ Boreæ: quas eſt comitata iuuentus
Optima, nec patrias illi redîêre ſub oras:
Feliæs animæ, nec fama obſcura recondit.
Deliadéſque illis, Hymenæus quando ſonorus
Virgineos terret mores, hoc tempore libant
Cæſariem: at pueri primam lanuginis herbam
Soluunt primitias iuuenum pro more ſepulcris.
Aſterie circum te ambitæ fluctibus orbem
Efficiunt terræ, & circumdant more choreæ
Nequaquam tacitum, ſed enim tua limina ſerus
Aſpicit aſſiduo uesper circumdata cantu.
Nam Lycij numeros recinunt ſenis ore puelli,
Quos ſacer à Xanthi produxit fontibus Olen.
At pede ſaltantes feriunt tua rura puellæ.
Tunc etiam ſertis oneratur ſacra uetuſtæ
Cypridis effigies, poſuit quam Theſeus olim
Cum puero, Cretæ quando fuit orbe reuerſus.
Nanq; ubi mugitū horribilem fugêre, boúmq;
Paſiphaę, & flexos labyrinthi ambagibus arcus,
Dele tuam circa ſaltarunt molliter aram,
Dantę modos chely, & Aegida ducentę choream.
Inde ſacram æterna rem naue Theoride Phœbo
Cecropidæ mittunt, Theſeæ carbaſa puppis.
Aſterie, multis aris & laudibus aucta,
Naue quis Aegæo te prætęrit inſitor altos?
Non illum tanto propellunt flamine uenti,
Quum lucrum accelerat uelocia carbaſa. ſed mox
Vela remiſerunt, nec ſunt priùs inde reuerſi,
Quàm percuſſa ierint tua circum altaria plagis:
Atque oleæ ramo, manibus poſt tergа redyctis,
Intulerint morſus. docuit ſic Delias olim
Hos, puero riſum, ludos agitare, cientes.
Salue ſacra domus, ſalue cultiſſima tellus.
Salue Phœbe potens, & quem Latona creauit.

HYMNVS QVINTVS,
qui eſt in LAVACRVM PALLADIS.

ITE ô lotriæs diuinæ Pallados, ite
Omnes. nam ſacri prætęraguntur equi.
Audiui fremitum, Pallásq; huc propripit ipſa.
Ite coma inſignes, ite Pelaſgiades.
Diua ſuas nunquam Pallas priùs abluit ulnas,
Puluere quàm rapidi membra leuaſſet equi.
Nec cum terrigenis cœleſti à limine pulſis
Tela Gigantæo tincta cruore tulit:
Nam prior hæc illi tunc cura, ut libera curru
Aeripedum liquidis colla lauaret aquis.
Cura prior tepidas ſudoris demere guttas,
Et quæ frenatos ſpuma grauabat equos.
Ite foras, pigmenta nec ulla, nec ulla alabaſtra,
(Audio ſtridentes axibus ire rotas)
Nulla unguenta deæ, lotriæs, nulla alabaſtra
(Non amat his Pallas culta nitere bonis)
Nec ſpeculum ferte huc: ſemper formoſa Mineruæ
Eſt facies. nec quum ſub Phryge rixa fuit,
Seſe in orichalco dea, nec Simoentis in unda
Contemplata olim limpidiore fuit:
Nec Iuno: ſed ſola Venus ſpeculo uſa fuiſſe
Fertur, & ornatum his poſuiſſe comam.
Pallas ubi emenſa eſt bis ſexaginta diaulos:
Qualis ad Eurotæ cum pare Caſtor aquas,
Tum demum ſua perfricuit media omne uiri
Membra, quod huic ſacræ frondis oliua dabat.

O nuptæ, hîc subitò micuit rubor, ignea qualem
Seu rosa seu grano Punica mala ferunt.
Fertæ maris tantum præpingue liquamen oliui
Quo caput Alcidæ Tyndaridæque madet.
Fertæ etiam aurati dentes huc pectinis, illo
Ponat ut abstersas in statione comas.
Egredere ô Pallas: adsunt tibi grata puellæ
Concio, magnorum filiæ Aæstoridûm.
O dea, qui etiam scutum Diomedis ad undas
Exit, ut Eumeden instituisse ferunt:
Eumeden, gratus qui quum tua templa sacerdos
Seruaret, populi iussum tulit Argolici:
Compertus post insidiis fugitque, tuóque
Cum signo Creij sub iuga montis iit:
Sub Creij montis: téque alta in rupe locauit.
Pallatides rupes incola turba uocat.
Egredere ô Pallas, bello metuenda, trucique
Casside: quam fremitus scutáque densa iuuant.
Vos uerò undiferæ ne tingite membra, nec Argos
Tu fluuios hodie, sed bibe fontis aquam.
Hæc ad Amymonen fertæ urnas ducæ puellæ,
Aut qua fontanus it Physadea uius.
Nanque auro mixtas & floribus Inachus undas
Herbiferus orto prouehit amne iugis:
Pulchraque diuæ ornat pro more lauacra Pelasgæ:
Sed tu ne uideas Pallada forte caue.
Viderit hanc siquis nudam & sine ueste lauantem,
Extremùm Argolicos uiderit ille focos.
Egredere ô Pallas. loquar hîc ego pauca puellis,
Haud ficta, at longo tempore nacta fidem.
Nympha fuit Thebis, quam præstulit omnibus unam
Quis cœluit socio Pallas amore deas:
Tiresiæ matri: nunquamque fuêre seorsim,
Seu dea Thespiacos ingrederetur agros,
Siue Coroneam, seu colla Haliarton equorum
Flecteret, Aoniam quum peragraret humum.
Siue Coroneam, quâ lucus odoribus halat,
Curalióque sacros alluit amne focos.
Sæpe illam curru secum dea uexit eodem.
Gratáque nympharum fabula nulla fuit,
Nulla chorea, cui non præferret ista Chariclo:
Sed tamen hanc lacrymæ duraque fata manent,
Quamlibet una foret numinum dilecta Mineruæ.
Nam positus quondam monte Helicone stolis,
Veraque tingebat liquidis Aganippidos undis
Corpora, per medium cœlle silente diem.
Veraque tingebat, medióque altissimus orbe
Sol erat, & toto plurima monte quies.
Fortè huc Tiresias, primæ lanuginis heros,
Aduenit, & canibus per nemus illud agit:
Vrgentique siti, fontis descendit ad undam,
Quodque nefas illo est fonte uidere uidet.
Hunc, irata licet, tamen est affata Minerua,
Quis te post oculos non habiture tuos,
Quis te Tiresia, lucum perduxit in istum?
Dixit, & æterna lumina nocte premit.
Constitit hic, mutúsque hæsit. nam plurimus ægra
Membra dolor, nimius præpedit ora tumor.
Tum nympha exclamat, Puero quæ damna dedisti
O dea. num diuis hæc in amore fides?
Eripuisti oculos pueri. proh pectora, fili,
Palladis infausto quàm malè uisa tibi.
An solem posthac tu nunquam aspexeris? heu me,
Me miseram. heu Helicon nunquã adeũde mihi.
Haud facto par pœna suo. nam lumina cæcas,
Nec damnis aliàs nec metuenda capris.
Sic ait, amplexum defletéque miserrima natum,
Mater ut amissum quum gemit ales Itym.
At dea dilectam uitæ miserata sodalem,
Compellat tali sacra Minerua sono,
Dia comes reuoca quæcunque è bile loquuta es.
Excæcat sobolem non mea dextera tuam:
Nulla mihi puerorum oculos rapuisse uoluptas:
Sed rata falcigeri lex iubet ista senis,
Vt qui fortè deum (nisi cui permiserit ipse)
Viderit, is usu præmia digna ferat.
Dia comes, mihi facta nefas fecisse deorum
Irrita: Parcarum sic statuêre manus,
Fatales à luce manus, qua prodiit ortus.
Quin tu igitur meritæ præmia sortis habe.
Quæ deum Autonoe sacros adoleret honores?
Et quot Aristæus? uotáque quanta darent,
Vt puerum possent Actæona cernere cæcum?
Atque erit ille tuus, magna Diana, comes.
Non tamen hunc cursus, socíque in montibus arcus,
Venatusque poterunt eripuisse malus,
Quin diuam imprudens cõspexerit amne lauantẽ:
Sed domini canibus præda erit ipse suis.
Ossaque tum genitrix nati nemora omnia lustrãs
Colliget, in multis inuenienda locis.
Et te feliçem, te dixerit illa beatam,
Quæ puerum hac habeas conditione tuum.
O mea ne plores: etenim pro lumine rapto
Illi, te propter, munera plura dabo.
Scire futura dabo, reliquíque excellere uatem
Omnibus in sera posteritate uiris.
Nouerit is uolucrum quæ prospera, quæque uolatu
Irrita, & augurio quæ mala signet auis.
Plurima Bœotis oracula, plurima Cadmo

Concinet, & magnis plurima Labdacidis.
Addam etiam quo cæcus pedum ueſtigia firmet,
Fulcrum illi, & uitæ tempora longa bonæ.
Solus & à letho Stygius conſultus in oris
Viuet: & hunc Pluton ageſilae cœles.
Sic uit, & nutu firmat. nam ſi cui Pallas
Annuit, id debet firmitèr eſſe ratum.
Natarum hoc ſoli pater, omnia ferre paterna,
Conceſſit. nulla nam dea matre ſata eſt,
Sed Iouis è cerebro. cerebrum Iouis omnia natu
Firma, ſuóque ſimul cum patre nata ſcat.
Pallas adeſt uerè: uementem mollibus ulnis
Excipite, Argolidis quas pius urget amor.
Edite clamores, date uota, attollite plauſus.
Pallas aue, & curæ iugiter Argos habe.
Salue quoquo abeas, & cœlla huc mitis equorum
Reflecte: & Danaos prompta tuêre ſcuis.

HYMNVS SEXTVS, qui eſt in CERERE M.

DICITE, dum calathus deſcendit, dicite matres,
Alma Ceres ſalue, ſalue largiſſima nutrix.
Dum calathus deſcēdit, humi reptate profani,
Nec tecto huc oculos demittite deſuper alto,
Nec puer aut mulier, nec odoribus oblita crines:
Nec quam ieiunæ expuimus ſicco ore ſaliua.
Heſperus è nebulis gradientem aſpectat opacis:
Heſperus & Cereri ſolus qui pocula ſuaſit
Sumere, quum raptam diſquireret illa puellam.
O uenerāda Ceres, ad Eoas quo pede Dythmas,
Quo pede ad AEthiopes uenerit, atque aurea mala?
Paſſa tamen durámque ſitim, nec tempore tanto
Lota, ter albentis fluuium tranſiſti Acheloi:
Ter iuges emenſa tuis es paſſibus amnes:
Ter prope Callichorum ſedisti ſqualida fontem,
Non potu, non uſa cibo, non uſa lauacro.
Sed nos quæ Cereri luctum peperêre ſinamus.
Pulchrius eſt, gratas quòd leges intulit orbi:
Pulchrius eſt, culmos quòd ſpiciferóſque maniplos
Strauit ariſtarum, calcare boueſque coegit,
Quando Triptolemus fœcundam tradidit artem:
Pulchrius (ut reliqui cæteant contemnere diuos)
Quòd preſſit miſeranda fames Eryſichthonis ora.
Nondum rura Cnidi, ſed adhuc præluſtre tenebant
Dotion, arboreumque tibi ſtruxêre Pelaſgi,
Frondoſúmque nemus, nulli penetrabile telo.
Hoc pinus grandéſque ulmi, glycymeláque florent,
Vmbroſéque pyri, nitida hoc electrinus unda
Amnis it. hunc tantum coluit diua inclyta lucum,
Quantum Triopium, quantum Ennā, quātum
& Eleuſin.
Aſt ubi Triopidis ſuccenſuit ira deorum,
Tunc animus cœptum uoluit Eryſichthonis audax.
Viginti is ſiquidem uegetos ætate miniſtros,
Et ualidos totam populari uiribus urbem
Concitat, ac Cereale nemus temerare ſecuri
Præcipit. hi lucum petiêre bipennibus omnes.
Populus alta fuit, contingens uertice nubes,
Qua ſuper arboreæ ludebant antea nymphæ:
Prima hæc icta grauem traxit gemebūda ruinam.
Sēnſit diua ſui gemitum dare robora luci,
Et, Quis, ait, noſtras molat temerarius ornos?
Nec mora, Nicippen (Cereris tunc illa ſacerdos
Publica erat) ſimulabat anum: ſumpſitque papauer
Cum ſertis, clauemque humero ſuſpendit anili.
Tum ſermone uirum mulcens accēdit iniquum,
Nate, manus mhibe: nate, optima cura tuorum,
Deſine iam, famuloſque arce: ne te male mulcter.
Indignata Ceres, cuius tu robora ſternis.
Ille ſed aſpiciens diuam quàm torua loquentem
Toruius, in Tmarij quæ uidit uertice montis
Crudipara agricolā, quum uultus atrocior illi eſt:
Cede, ait: impingi cerebro niſi fortè bipennem
Expetis. iſta mihi fundabunt robora tectum,
Grata ubi cum ſocijs agitem conuiuia lætus.
Dixit: at illa Ceres ſignauit pectore uerba,
Ira ardens: ueſtémque deæ formámque reſumit,
Ingreditúrque ſolo, & caput inter nubila condit.
Semineces illi trepidant, uſáque repentè
Diffugiunt diua, ferrúmque in cortice linquunt.
Omnibus hinc miſſis (uis nanq; coegerat omnes
Sub dominas uenuſſe manus) Eryſichthona ſolum
Inæſſit: Næ tecta canis canis extrue, cœnas
Quis agites. tibi pòſt aderunt conuiua crebra.
Sic effata, grauis premit hunc Eryſichthona pœna:
Terribilemque famem uenis inſpirat & ori,
Ardentem, ualidam: & iam tabes occūpat ipſum,
Pluſque cupit quo plura ſuam demittit in aluum.
Viginti cœnam, duodeni uina miniſtrant.
Nanque eadem Bacchū, Cererē quæ crimina lædūt:
Cum Cerere æquali Bacchus ſuccenſuit ira.
Non ipſum ad cœnas, nulla ad conuiuia patres
Admiſere: pudor præextum repperit omnem.

Venit Itoneæ certamen ad acre uocatum
Palladis Ormenidum cœtus: sed mœsta recusat
Mater, & Haud eget, inquit: heri exacturus abi-
Debita Crannonis taurorum corpora centum. (ut
Venit & insignem thalamum ornatura Polyxo
Nate tibi Actorion, Triopam natúmque uocatum:
Mœsta sed hunc paucis respondit uocabus uxor,
Aduenies Triopas: sed curuo Eryſichthona Pin-
Læsit aper, nonúmque diem nunc occubat ille. (do
Infelix mater, quid non commenta fuisti?
Struxerit ille epulum, peregrè Triopius iuit:
Duxerit hic ſponſam, læsère Eryſichthona diſci:
Aut delapſus equo est, armêt áue in Othrye ſer-
Abditus inde domi conuiua, & perdius hoſpes (uat.
Attenuabat opes, & quo data copia maior,
Hoc is plura cupit. sed cuncta ut flumina terræ
AEquoris in fundum, nequicquam in uiſcera tendũt.
Vtque Mimantæ nues, & ſolis puppa calore
Cerea, ita infelix Eryſichthon tabuit, oſſa
Donec ſub curuis extarent arida uenis.
Indoluit mater, grauiter doluêre ſorores,
Congemuit nutrix, denæ gemuêre puellæ.
Ipſe pater Triopas excelſa ad ſidera palmas
Suſtulit, inclamans Neptuni numina ſurdi:
Aſpice uane tuum pater hunc Neptune nepotem,
Si tuus & Canaces ego filius: ah meus iſte
Quidm miſer eſtẽ utinã primus tumulaſſet in annis
Noſtra manus ipſum, iacuis ab Apolline tactũ:
Et nunc dira fames oculis & crinibus hirtis
Inſidet. aut morbi pater hos auerte dolores,
Aut ipſum depaſce unã. nam menſa penúque
Sunt exhauſta mihi, caulæque pecudibus orbæ.
Iámque negant epulas ieiuni & fercula promi,
Magnáque ſoluerunt plauſtris iumenta, boumque
Ipſe edit, Veſtæ ſacratum à matre benignæ.
Belligerum quoq; crudus equum depaſcit, & ipſum
Muribus infenſum demiſit in ilia felem.
Quamque diu Triopæ fuit ulla pecunia aptis,
Limina ſola famem ſciuêre domeſtica nati:
Verum ubi res omnes Eryſichthon dente peregit,
Poſt etiam in trium regis conſederat oram
Et dapium ſordes, & mucida fruſtula panis.
» O ueneranda Ceres procul hinc, procul omnis abeſto
» Qui tuus eſt hoſtis: uicinos odimus iſtos.
Dicite uirginei, muliebres dicite cœtus,
Salue flaua Ceres, ſalue largiſſima nutrix:
Vtque ferunt albo formoſi crine caballi
Quattuor hunc calathum. ſic nobis inclyta Deò
Ver album, meſſemque album, brumámque benignã
Autumnúmque ferat, pluresque adſernet in annos.
Vtque uiam terimus pede nudo & uertice nudo,
Sic caput atque pedes omni ſine tempore ſalua.
Vtque auro exundant famularũ plena cauſtra,
Sic nos immenſis auri potiamur aceruis.
Vſque ad ſacra urbis reliquæ Prytanida matres,
At uos Ciſtiferæ Cererem conædite ad ipſam,
Maiores annis & ſexaginta minores,
Quéque manus tendis Lucinæ quæq; laboris,
Quo ſatus, & quò crura ferent. ſed & his dabit ipſis
Omnia plena, Ceres, ut & ipſæ templa frequẽtent.
Salue magna Ceres, atque hanc ſuccẽſſibus urbem
Fortuna, pacémque foue: da farris aceruos:
Paſce boues & oues, fer ſpicas, collige meſſem.
Da pacem, ut quæ conſeuit metere arua colonus.
Sis felix faciliſque mihi regina dearum.

FINIS.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ ΒΙΟΣ ΥΠΟ ΝΙΚΟΔΗΜΟΥ ΦΡΙΣΧΑΙΝΟΥ

συλλεχθεὶς καὶ συγγραφεὶς.

ΟΙΔΑ μὲν ὅτι τὰς μὲν ἐπαίνους, τῆς ἐπαίνους ὅτι οὐκ ἀν-
θρώπων ἐν παρέδραν ὄπτικομεῖν τοὺς ἐπαινουμένους.
ἡ γὰρ ἀληθεία, θεοῦ δῶρον οὐκ ἀπόκλητον οὖσα, ὅπου πο-
λὺ ἀρχαῖς πνας καὶ ἀσύρματα τῆς πατρίδος ἀρετῆς συγκα-
τακαίνει τοῖς γεγονόσι· καὶ πολλάκις τὰ πένα οὐ τῇ κα-
κίᾳ μόνον ἀλλὰ καὶ τῇ καλοκαγαθίᾳ παρῳζει. ἐγὼ δ'
τοὺ ὄντως ἀληθείας ἕνεκα νομίζω τοὺ ἀκριβοῦς (ὡς φησ ὁ
Σωκράτης ἔφη) ψυχῆς καὶ σώματος. μένη γὰρ αὐτὴ πολι-
τικὴν ἀδεξίας χαρακτῆρα τοῖς αἰσθήσεις ὑπολάμπει,
ὡς πᾶν ἄνευ ἡθους καταφανεῖς, καὶ πλούτου, καὶ τῶν ἐκτὸς
τῶν ἀγαθῶν, μεγίστην ὐκ τῶν καλῶν ὑπερπεφυκότων καὶ
ὑπερτιμῶν δίξαν τὰ πλεῖστα εἰληφασιν. ἀλλ' εἴ τις ἀρετὴ
συγκεκαμμένῳ καθαρᾷ τοὺ ἀληθείας αἰτάγει, πότ' ἂν
ἰχνοπατοῦν ἔχοι ῥοπήν.

Ὁ ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ ωὖ τῆς ἀλογίας
καὶ μεγίστης δεξης ἐμοὶ ἀξιώτατος τῇ δοκῶ, ὅτι οὐ μέτριον
τοῖς τέχναις καὶ πραξεσι, ἀφυσιάτους οὔσας, καὶ σωτ-
σι καὶ ἀφημία τῶν ἄλλων μακρὰ διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ διὰ
τὸ βιωτεῖς τῇ καὶ διὰ τοὺ παιδεία πρέχει. Οἱ μὲν γὰρ
πρόγονοι αὐτοῦ, οὐ ἰδιῶται, ἀλλ' ὐκ βασιλέων βουλῆς ἢ
δυνάσται γεγόναση καὶ τῆς ἀρχῆς, ὧν Βάττος ὁ τῆ Κυρήνη
πρῶτος κατίσησε, πολὺν χρόνον ὑπηρξάτησαν. οἱ δὲ ὑπο-
γεγράμμοι, τῇ τῶν χρόνων τῶν πλειστῶν ἀδικία, τῆς βα-
σιλικῆς δυνάμεως ἐξέπεσον. καὶ ὁ μὲν πάππος ὁ Καλ-
λιμάχου, ὁμώνυμος αὐτῷ, τῆς πόλεως πρεσβύτης τε καὶ
ῥήτωρ ἠρέθη, ὑπηρξατησε πόλει ὑπὸ τῶν ἀρίστων κρίσει
καλλίστου γένους ἀξιωθῆναι· ὡς δὲ αὐτὸς ὁ ποιητὴς ἔν που
ὑπογράμματι δηλοῖ· Βάττος δὲ ὁ πατὴρ Καλλιμάχου,
ῥήμονας οἷος ἀπαύζεσθαι πᾶν μάθημα, καὶ μηδὲν λό-
γου μηδὲ παιδείας ἀπημάζειν εἰδώς, τοῖς μαθήμασι τοῦ
ψυχοῦ ἐγύμνασι, καὶ τῆς πολιτικῆς δυνασείας ἀπτόμε-
νος, ὅτι ποιητικὸν ὁ ῥήτωρ· ἢ πρεσβύτερόν τι τῶν χρόνων ἢ πρε-
σβύτερον ἀνάμενος τῆς δεῖ ταῦτα μούσης, καλῶς ἐδρα-
ματούργησε. πενμαίρεσθαι δὲ δίκαιόν ὅτι τοῖς ὑπὸ Πλου-
τάρχου λεγομένοις, ὧν τῷ συντάγματι τῷ ὑπηχαφοιδῷ,
πῶς αἵ τις δύναμείνειε τὸν κόλακα τῷ φίλου. φησὶ γὰρ ὅτι καὶ
Βάττῳ τοῦ χολοῦ ἀπίπτε Ἀρισίλαος, ὅτι πρὸς Κλεαί-
δου εἶχον ἐποίησαν ὠ κωμῳδία. πίσασης δὲ τὸν Κλεαί-
δου, καὶ μεταμελουμένου, δυναλάγη. Ὅτι τῷ Καλλιμάχου
οἱ πρόγονοι ὐκ τῶν ἀπὸ Βάττου γεγονότων πφύκασι, πα-
ρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν ὡμολόγηται· ἢ αὐτὸς ὁ Καλλιμα-
χος ἐν τῷ εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνῳ οὐκ ἀδήλως ὑπεδήλωσεν, τὸν
αὐτὸν ἐκεῖ οὖλον Ἀρκεσίλαν ὀνομάσας. καὶ ἄλλῳ ἔν που
ὑπογράμματι ταυτὸ φανερὸν ἐποίησε. φησὶ γὰρ,

Καλλίστη τ' πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον, ωὖμα Θήρη,

Μήτηρ δ' Ἀδίστου πατρίδος ἠμετέρης.

Καίπερ Θηραίων κτίσμα ἡ Κυρήνη, Λακωνικῆς νήσου,
ἰῶ ἢ Καλλίστη παλαιὸν ὠνόμαζον, ὥς φησι Στράβων.
ἐκ πεσούσης γὰρ πάσης ποτὲ ὐ Θήρας, ἧς μαντεῖον ἀφι-
κόμενος ὁ Βάττος, καὶ παρὰ Φοίβου χρησμὸν ἀποδεξάμε-
νος, ἀδὺς ἀπεκίσε ὐκ Θήρας ἐποίησαν, καὶ Κυρήνη
ὐ Λιβύῃ ἔκτισε, πόλιν ἀρίστην ὐ ἀρχαίοτητι μαστῇ, ὡς
φησὶν αὐτὸς φησι Πίνδαρος. Καὶ ταῦτα μὲν οἱ πατρίδος
καὶ προγόνων τῶν τῷ Καλλιμάχου. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο
γνώσεμοι καὶ ἄλλοι Κυρηναίων, Λείστιππός τε ὁ Σωκρα-
τικὸς, ὅστις καὶ τῇ Κυρηναϊκὴν καταβαλὼν φιλοσοφίαν,
καὶ θυγατὴρ Ἀρίστη ζωῶσα, ἥτις διδάξασα τῷ χαλῷ·
καὶ ὁ ταύτης πάλιν διδάξαμος υἱὸς Λείστιππος, ὁ κλη-
θεὶς Μητροδίδακτος· καὶ Ἀντίκλειος, ὁ δοκῶν ἐπανορθῶσαι
τῷ Κυρηναϊκῷ αἵρεσιν, καὶ θραχαγεῖν αὐτ' αὐτῆς ἡ
Ἀντικλείαν. τάλλα δὲ τὰ περὶ Κυρηναϊκῆς φιλοσοφίας
ἀκριβῆ ἔχεσι θρὰ Διογένει τῇ Λαερτίῳ ἐν Ἀριστίππῳ.

Ἐπειδὴ δὲ τῇ Καλλιμάχῳ οὐκ ἐξήρκει ὅλη τὰς τῶν
προγόνων ἀρετὰς σημύνεσθαι, ἀλλ' ἐς ἑαυτῶν τὰς δυνά-
μεσι τῶν λόγων καὶ ἀπάντων μαθημάτων προσῆκεν, οἰ-
κεῖον καὶ καλὸν θράδειγμα τὸν πατέρα μιμούμενος· καὶ
ἐν παισὶ μὲν, Ἑρμοκράτει τῇ γραμματικῷ ἐχρήσατο πρὸς
τὰς παιδικὰς διατριβὰς ὑφηγητῇ, αἰσθόμενον τὸν μάλιστα
δεξὴν, καὶ διὰ τὴν προῆξιν οὖσαν θελεόπνουν. ἀπεκδεῶς δ' ἦν
τοῖς μαθήμασι γυμναστὴς, ἢ αὐτὸς αὐτὸν ἠσκηκώς, συμ-
παίτων τῶν ἐμμελῶν καὶ προσηκόντων ἐλθυθέρῳ παιδὶ
μαθημάτων ταχέως ἐλάβετο. μείζων δὲ ῥυθμὸς, πρὸς
ποιητικὴν προσμαπείαν μάλιστα ἐπιτήδειον, ἀμαθέσα-
τος ὢν καὶ ἐξύπνος ποιήματα γράψαι, οὐ πολλὰ μόνον,
ἀλλὰ καὶ παῦ ἄριστα, ἐκ τῆς φωνῆς καὶ διάνοιας, καὶ
τῆς τῶν προσωπάτων πολυπειρίας· ὥσπερ ζωτὶ οἱ σωζό-
μενοι ὕμνοι καὶ ὑπογράμματα αὐτοῦ σαφῶς δηλοῦσιν· ἐξ
ὧν τὴν αὐτοῦ ἀγχίνοιαν, ᾗ ἐξ οὐχὶ τὰν λόγον, γνώ-
σκειν ἔστι. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

Γαμετὴν δ' ἐσχηκὼς τὴν Εὐφράνορος τῆς Συρακουσίου
θυγατέρα, γράμματα ἐδίδαξεν Ἑλθυθέρᾳ, κωμῳδιῶ-
τῆς Ἀλεξανδρέως, ὡς ὑποφαίνει Σουίδας. ἤκμασε δ' μά-
λιστα ὀλυμπιάδι ρλ, περὶ τὴν πρῶτην τῶν Καρχηδονίων
πόλεμον, ὡς Γέλλιος ἐν Νυξὶ τῶν Ἀττικῶν φησὶν, ὅτι
χρόνων τῶν Πτολεμαίου τῷ Φιλαδέλφου· οὗ μνείαν ποιεῖ-
ται ἐν προοιμίῳ καὶ δευτέρῳ ὕμνῳ· καὶ παρέπεται μάχη τοῦ
Εὐεργέτου, ὃς τοὺς Γαλάτας ἀνεῖχε τῆς ἐπὶ Σε-
λεύκου τῷ Καλλινίκου βασιλείας πειρωμένους καὶ τῶν Ἀ-
σίαν διαφθείροντας ὠλέσαν, ἀμφ' ἔτη διακόσια καὶ πεντή-
κοντα πρὸ τῆς παρθενικῆς γενεσίας χρόνου. περὶ δὲ ταύτης

τῆς μάχης ἐν τῷ εἰς Δῆλον ὕμνῳ ὁ αὐτὸς ἐμνήσθη. Συγχρόνους δ' εἶχεν, Ἕρμιππον τὸν περιπατητικόν, καὶ Βίωνα, καὶ Θεόκριτον, τοὺς ποιητάς· καὶ Κόωνα, καὶ Ἵππαρχον, τοὺς μαθηματικούς· καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Ῥόδιον, μαθητὴν αὐτοῦ γενόμενον, τὸν τὰ Ἀργοναυτικὰ γράψαντα· εἰς ὃν καὶ ποίημα ὑβριστικόν ἐστιν ἐπιγεγραμμένον ψόγος, ἤτοι τὸ παρεπιπλῆξαι ἐπιτήδευμα τῇ τοῦ Καλλιμάχου βιβλίων, καὶ ἀκοσμίαις πόνων. ὠνόμασται δ' αὐτὸν κρυπτικῶς Ἴβις, ὡς καὶ Νάσων ὁ ποιητὴς οὕτω πως μαρτυρεῖ,

Νῦν δ' ὅσα βασιλῆος ἀρᾶται Ἴβιδι δίκτυ,

Τόσσ' ἐγὼ ἀρῶμαί σοι τὰ ποῖς τὰ κακά. Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐπὶ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου, φυγὰς Ἀθήνησιν ἀπιστῶν, διέτριβε. καὶ ὕστερον οἱ ἑβδομήκοντα δύο ἑρμηνευταὶ ἐν Αἰγύπτῳ τὰ τοῦ Μωϋσέως ἢ τὰ τῶν προφητῶν θεῖα λόγια εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μετήνεγκαν.

Φέρεται δὲ συγγράμματα αὐτοῦ κάλλιστά τε καὶ ἄριστα. οὕτω γὰρ γέγονεν ὑπομελέστατος καὶ ἐλευθεριώτατος ἅμα δεξιώτατος, ὡς γράψαι μὲν ποιήματα εἰς πᾶν μέτρον, συντάξαι δὲ καὶ καταλογάδην πλεῖστα. καὶ ἦν αὐτοῦ τὰ γραμμένα βιβλία ὑπὲρ τὰ ὦ. συμφωνεῖ δ' ὑπὲρ καὶ Κεναγόρας διοὐτῳ ὑπογράμματι,

Καλλιμάχου τὸ πρυτὸν ἔπος πόδι. δὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ
Ἐξ ἱερῆς Μυσέων παῖδας ἔπεσε κάλως.
Ἀείδει δ' Ἐκάλης τι φιλόξεινον καλιλῷ,
Καὶ Θησεῖ Μαραθῶν ὡς ἐπέθηκε πόνους.
Τοῦδ' σεῖ καὶ τεαρῶν χειρῶν δίνος ἔκ ῥ' ἐδίδαξ',
Μάρκελλε, κλεινοῦ τ' αἶνον ἴσον βίοτου.

Ὅτι δὲ Καλλίμαχος ἐν τῷ Ἑκάλῃ ποίημα ἐποίησε, δηλοῖ καὶ ὁ τοῦ αὐτοῦ ὑμνῶν ἐξηγητὴς, καὶ δὴ καὶ Ῥωλιανὸς καὶ Γλίνιος ἐν τῇ φυσικῇ ἱστορίᾳ. πάλαι δὲ περὶ τῆς Ἑκάλης, νέον ὄντα κομιδῇ τὸν Θησέα ξενιζούσης, ὁ Γλαυκάρχου καταφανῆ ὁμοφαίνει. ἔγραψε δὲ καὶ ἄλλα περὶ τοῦ μιμῶν, ἢ ἱερατικῶν, καὶ ἵνα ἐλεγείαν περὶ κόμης Βερενίκης, τῆς Φιλαδέλφου γυναικὸς, ἣν Σέλευκος, ὁ αὐτοῦ πρόγονος, τῇ Ἀντιόχου πλουτήσαντος, κατέκτανε. ταύτην δὲ ἀνθρωπλούταν τε ὄντα καὶ τοῖς Λαπίθαις ποιητὴν ὁ Κάτυλλος εἰς Γαμαϊκὼ βδελύκτην μετέβαλεν. Τῶν δὲ λοιπῶν βίβλων καταλέγων ἐπαείδεται ὁ Σουίδας, καὶ ἄλλων τινῶν μνημονεύει Ἀθηναῖος ὁ Δειπνοσοφιστής. Ἐκ δὲ συμπάντων μόνοι καὶ ὀλίγοι ὕμνοι, σὺν ὀλίγοις ἐπιγράμμασι, σῳζόμενοι ἐφ' ἡμᾶς ἀφίκοντο· ὧν ἐν οἷς ὁ ποιητὴς, θεὸν μὲν τοὺς θεοὺς μαλεραῖς ὑπὸ φλέγει ἀοιδαῖς, ὡς ἔφη τις Πίνδαρος· ἔπειτα δὲ τοὺς τῶν ἡρώων καλοὺς θεράπτοις ἐγκωμάζει, ἄδων κλέα ἀνδρῶν, ὡς φησὶν Ἀγχιάλιος Ὅμηρος ἔγραψε. καὶ τοῦτο μάλα ὀρθῶς. πρῶτον γὰρ ὄντα, τὸ θεῖον ἀνδρῶν καὶ κάλλιστον ἔργον, ἐν εἰς θεοὺς ἀναφέρειν αἰνοῖεν· δεύτερον δὲ, μετὰ τὸν θεὸν τὴν θείαν ἀνάγειαν, βασιλεῖς καὶ ἡμιθέους αἰνεκέσπερος ἐπαινεῖν, καὶ τοὺς αὐτῶν ἀρετὰς φιλοτίμως ἔχειν.

Διὰ δὴ ταῦτα, ἀνδρὸς πολιοῦ ἐρασθεὶς τῆς αὐτῆς φιλίας ἐποιήσατο· οὐδὲ φορτικοῦ τινος καὶ ἀποβλήτου, ἀλλὰ τοῦ ἐν ταῖς δυναστείαις καὶ ἀρχαῖς θεσπίσαντος. πέμπεται γὰρ πρὸς τοὺς Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν, ὡς Στράβων ἱστορεῖ, καὶ αὐτὸς ὁ Καλλίμαχος ἐν ὕμνοις ἀποφαίνει. Εἶτα δὲ ὁ Φιλάδελφος, τῆς βασιλικῆς βιβλιοθήκης, τῆς ὅλης συμπάσης τῆς γῆς χωρῶν συλλεχθείσης, προστάτην αὐτὸν ἐποιήσατο, καὶ τοῦτο ἐτύμως οἷς ἐτύγχανε δυνάστης. πρὸς δὲ τοῖς Ῥωμαίοις συγγραφεῦσι καὶ ποιηταῖς θεσπέσιον ἔκλεος ἔσχε, ὥστε Προπέρτιος, ἐλλογιμώτατός τε καὶ δεινότατος ποιητὴς, Ῥωμαῖον Καλλίμαχον ὠνόμασεν ἑαυτὸν, καὶ Φάβιος ὁ ῥήτωρ ἀρχὴν τῆς ἐλεγείας τὸν αὐτὸν ἔγραψε. Τελευτήσαντα δὲ ποιητῶν τε πρὸ τοῦ ὀλοφύρεται,

Ὦ μάκαρ ἀμβροσίοις σοι σὺν φίλαται Μοῦσαις,
Χαῖρε καὶ εἰν ἀΐδᾳ δάμασι Καλλίμαχε.

CALLIMACHI VITA A CL. V. NICODEMO FRISCHLINO GRAECE conscripta, interprete Carolo Christophoro Baiero, Spirensi.

ETSI scio in more positum iis qui alios oratione ornare volunt, vt eos quos sibi laudandos suscipiunt, plerunque à maioribus & proauis commendent: propterea quòd generis nobilitas atque praestantia non vulgare Dei donum sit, ac sæpe in posterorum animis initia ac semina quædam paternarum virtutum relinquat, vt hberi non semper malitia & prauitate, sed interdum etiam vitæ integritate, parentum similes esse enitantur: ego tamen veriorem nobilitatem eam iudico quæ (vt Socrati placuit) in bona animi & corporis temperie consistit. Hæc enim sola hominum animis gloriæ & famæ notam sic imprimit, vt multi etiam sine generis splendore, sine magnis opibus, & id genus aliis vitæ adminiculis, maximam ex liberalibus disciplinis ac studiis ingenii gloriam adepti sint. Quòd si verò ad generis nobilitatem virtus & honestè facta accesserint, tum demum familiæ splendor maximum in vita momentum obtinebit. Itaque omni laude & commendatione dignissimus mihi videtur Callimachus, quòd non modò optima-

rum artium cognitione, rerúmque vsu, & singulari sapientia & gratia cæteros longè antecellit: verum etiam sanguinis & familiæ dignitate ac patriæ splendore plurimũ eminet. Fuerunt enim maiores illius, non plebeii homines, sed reges, & à regia stirpe pronati summi principes: qui quum Cyrenæ imperium, quod Battus primus in Libya constituit, longo tempore obtinuissent, posteri tandem subsequutorũ temporum iniuria regni potestate exciderunt. Et auus quidem Callimachi eiusdem cum ipso nominis Cyrenaicum principatum tenuit, & summus belli dux in præclarissima ciuitate ab optimatibus cõstitutus, ac præstantissimo munere dignus iudicatus est: quẽadmodum de ipso in epigrammate quodam poeta ipse testatur. Pater verò Battus, quum ad omnem liberalem doctrinam percipiendam aptissimus esset, & nihil quod ad honestas disciplinas & linguas pertineret, reliqui faceret: primùm quidem literis incubuit, & neglecta reip. gubernatione, poeticæ vacauit: deinde verò quum temporis progressu hoc studium magis magisque excoluisset, comœdias quasdam non infeliciter composuit. Id quod facilè ex iis coniicere licet quæ à Plutarcho in eo libro referuntur, cui titulus est, Quomodo amicus ab adulatore discernendus sit. Illic enim dicitur quòd Arcesilaus Battho scholã interdixerit, quum is versum in quadam comœdia aduersus Cleanthem fecisset: nec priùs in gratiam receperit, quàm is mutato facto Cleãthem placasset. Quòd autem Callimachi natales ex posteris Battι originem traxerint, id historiographis in confesso est: & ipse Callimachus in hymno Apollinis haud obscurè idem innuit: quo loco Battum hunc, Aristotelem nominat. Tum verò alio quodam epigrammate declarat: quum ait,

Nomine Calliste quondam, sed postea There
Dicta fuit tellus, vrbis origo mea.

Etenim Cyrenen à Theræis, qui è Lacedæmone coloniam eò duxerant, insulámque Callisten nominarant, primò fuisse conditã, etiam Strabo affirmat. Exorta enim tẽpore quodã in Thera seditione, Battus oraculi consulendi causa Delphos profectus, accepto Apollinis respõso statim è Thera sedẽ mouit, & Cyrenen in Libya condidit, vrbem munitã, & in vbere terræ gleba sitam, vt de ipsa scribit Pindarus. Atque hæc quidem de patria & maioribus Callimachi hactenus. Fuerunt autẽ & alii quidam viri Cyrenaici, non ignobiles, vt Aristippus Socraticus, qui primus Cyrenaicã sectã instituit, & Areta eius filia quæ patri in schola successit: rursúmque huius filius Aristippus, qui & ipse in matris locũ subiit, & quòd à matre literas edoctus esset, Μητροδίδακτος cognominatus est. Ibidem natus fuit Anniceris, qui Cyrenaicam sectam inuenisse, & Annicerism à se propagasse videtur. Reliqua de Cyrenaica philosophia reperies apud Diogenem Laertium in vita Aristippi. Quum autem Callimacho non satis esset à virtute & factis parẽtum inclarescere, statim animum ad linguarum & omnium bonarum artium doctrinam hauriẽdam appulit: vt hoc modo domesticum exemplum, patrẽ suum, imitaretur. Et in omnibus quidem pueritiæ suæ exercitiis duce ac rectore vsus est Hermocrate grammatico, qui tum præcipuè nominis gloria florebat, & ob rerum plurimarum cognitionem clarus & celebris habebatur. Quibus ille rebus instructus, quum diligentem in literis nauaret operam, séque ipsum sedulò exerceret, breui omnes libero homine dignas scientias ac disciplinas assequutus est. Grandior deinde per ætatem factus, poeticæ potissimum studuit: quum ad eam ingenii facultatẽ & ad carmen scribendum aptissimus & indole acutissimus esset. Scripsit enim non solùm varia ac multa, sed etiam elegantissima poemata, in quibus & stylι puritas, & sententiarum grauitas, ac multarum rerum scientia perspicitur. Id quod hymni superstites, & epigrammata quæ ad nostram memoriam peruenerunt, satis manifestè declarant. Nam ex iis poetæ acumen & solertiam, tanquam ex vngue leonem, cognoscere licet. Sed de his postea. Coniugem verò nactus Callimachus Euphratæ Syracusani filiam, primùm Eleusine (qui vicus est Alexandriæ) literas docuit, vt testis est Suidas: floruitq; Olympiade cẽtesima tricesima, circa primum bellum Punicum, vt affirmat Aulus Gellius in Noctibus Atticis: eodem tempore quo Ptolemæus Philadelphus regno Ægypti præfuit, cuius poeta ipse in primo & secundo hymno haud obscurè meminit. Vixit deinde ad Ptolemæum Euergeten vsque, qui Gallos Antiocho Hieraci contra Seleucũ Callinici filium auxilio venientes & Asiam vastantes, prælio vicit: quod factum est annis ante partum Virginis ducentis circiter. Atque huius Celticæ cladis in quarto hymno, seu Deli lauacro, ipse Callimachus mentionem facit. Cæterùm coætaneos habuit Aratũ astronomum, & Bionem ac Theocritũ poetas: præterea Cononẽ & Hipparchum, mathematicos: itémque Apollonιũ Rhodium, discipulum suum, qui & Argonautica scripsit. In hunc Callimachus, quòd suos ille libros sibi arrogaret, & alienos labores pro suis venditaret, carmen inuectiuum edidit, ipsúmq; Apollonium suppresso nomine Ibin nominauit: quẽadmodum Ouidius testatur, inquiens,

Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego deuoueo téque tuósque modo.

Eodem ferè tempore Democritus Phalereus Athenis pulsus, apud Ptolemæum Lagi filium in Ægypto degit, & septuagintaduo interpretes Moysis & prophetarum sacra scripta ibidem in Græcam linguam transtulerunt. Perhibentur autem scripta Callimachi & optima & venustissima esse. Nam in illis adeò diligens & accuratus fuit, vt omnis generis carmina scripserit: tum ita liberalis vt etiam soluta oratione multa confecerit. Sunt enim operum illius scripti libri vltra octoginta. Quibus omnibus etiam Crinagoras tali epigrammate consentit,

Omnes Musarum qui mouet in orbe rudentes,
Callimachi hoc teretι nobile Vatis opus:
Quo canit ille Hecalæ felices hospitis ædes,
Et Thesei duras in Marathone vices.
Huius ad exemplum manibus Marcelle tenellis
Niteret par vitæ conciliare decus.

Quòd autem Callimachus in Hecalen poema luserit, ostendit prætet hymnorum eius interpretem etiã Politianus in Miscellaneis, & Plinius in Naturali

historia. Reliqua de Hecale quæ Thesēum adhuc iuuenē hospitio excepit, è Plutarcho fient clariora. Sed & Ætiorum seu Fastoeum conscripsit libros, in quibus mensium & sacrorum causas exposuit. itémque elegiam de coma Berenicæ Philadelphi filiæ, quam Seleucus peiuignus illius, mortuo Antiocho, interfecit. Eam facetissimus Latinorum vatum Catullus Latino carmine reddidit. Reliquos poetæ huius libros enumerat Suidas: ac nonnullorum item Athenæus in Dipnosophistis meminit. Ex quibus omnibus præter hos paucos hymnos, & quædam epigrammata sparsim apud alios autores extantia, nulli ad nos peruenerunt. Relictis enim lasciuis & procacibus amorum illecebris, primus poeta primùm in his religiosis hymnis deos celebrat, eósque mollibus cantibus inflammat, vt alibi loquitur Pindarus. Deinde & fortiū regum atque heroum gesta exornat, memorans clarorum facta virorum, vt de Achille Homerus cecinit. Et rectè quidem ac prælaetè vtrunque factum à Callimacho. Nam grata in Deum pietas præcipuum est & vere pulcherrimum opus, quod homines præstare queunt. Cui proximū est quod regibus & summis in repub. viris, ac fortissimis imperatoribus debetur virtutū & præclarè factorū decus, & honesta de illorum meritis opinio. Atq; his sanè rebus plurimos sibi Callimachus amicos & familiares comparauit: eósq; nō ex infami & abiecta plebe homines, sed qui reipub. præessent & regna atq; imperia obtinerent. Nam (vt Strabo refert) ab Ægypti regibus in honore est habitus, & hoc ipsum poeta in hymnis ostēdit. Quinetiam Philadelphus regiæ bibliothecæ, quā ipse ex vniuerso terrarum orbe collegerat, præfectū eum constituit: honoribúsque quàm potuit affecit longè maximis. Denique apud Romanos scriptores & poetas in tanta auctoritate & existimatione fuit, vt facundissimus & grauissimus poeta Propertius Romanum se Callimachum nominauerit: & Fabius rhetor Callimacho in elegia principem locum attribuerit. Mortuo etiam quidam poetarum carmen sepulcrale huiusmodi acclamauit,

O felix superum comes, acceptissime Musis,
Callimache, inferna sit quoque salua aqua.

HENRICI STEPHANI

IN CALLIMACHI HYMNOS PARTIM Emendationes, partim Annotationes, in quibus de obscuriorum quorundam locorum expositione potissimum agitur.

IN HYMNVM PRIMVM, qui est in IOVEM.

V. 1. Ζηνὸς ἔοι] Mirari satis non possum quid cogitauerit scholiastes, quum dubium esse dixit vtrum genitiuum Ζηνὸς cum datiuo ἀοιδήην iungere oporteret, an dicendum esset, Ζηνὸς ἡ λώϊον ἀείδειν; Quomodo enim non animaduertit, hæc quæ proximè sequuntur verba, ἢ θεὸν αὐτὸν, huic posteriori expositioni repugnare? Quum enim perinde sit acsi ipsum dei nomen repetendo, dixisset, non ἢ θεὸν αὐτὸν, sed Ζῆν' αὐτὸν, duo essent quæ idem significantia ad eãdem vocem λώϊον referrẽtur: hoc modo, ἡ λώϊον Ζηνὸς, ἢ Ζῆνα αὐτὸν. neque enim cuiquam dubium esse potest quin his verbis ἢ θεὸν αὐτὸν intelligat ἢ αὐτὸν ἢ Ζῆνα: & quin idem valeat, ἡ λώϊον ἀείδειν Ζηνὸς, & ἡ λώϊον ἀείδειν ἢ Ζῆνα. Malui autem & in illa mea interpretatione quæ est adstricta, nomen Iouis repetere, quàm generali dei appellatione vti: quòd hæc repetitio à verbis poetæ nõ discederet, & elegantior videretur, apertior quidem certè esset. Ita igitur sum interpretatus,

Quid Iouis in sacris potius quàm Iuppiter ipse Canetur?

Poteram verò & ita interpretari,

Quid nobis potius quàm Iuppiter ipse canatur
Hæc ad sacra Iouis?

Quinetiam hoc modo reddere potuissem,

Quid Iouis in sacris nobis sit rectius ipsum
Quàm cantare Iouem?

Sed & retinendo illam ipsam generalem vocem *deus*, pro qua propriũ ipsius dei nomen posui, ita vertere mihi licebat,

Quid Iouis in sacris potius mihi quàm deus ipse Canetur?

Ad scholiastem autem vt reuertar, pro illa vana (vt ita loquar) dubitatione, aliam proponere poterat quæ non omnino ratione caruisset, si dixisset dubiũ esse an intelligendum sit, περὶ ἀοιδὴν Ζηνὸς ἡ λώϊον ἔοι ἀείδειν ἢ θεὸν αὐτόν: an, περὶ ἀοιδὴν Ζηνὸς ἡ ἔοι ἀείδειν λώϊον ἢ θεὸν αὐτόν. id est, ἡ λώϊον θεοῦ αὐτόν. Si, inquam, annotasset, dubium esse an dicẽdum esset ἡ ἔοι λώϊον ἀείδειν, accipiendo λώϊον pro Melius, siue Satius, eodem sensu (vt dicitur Melius est hoc dicere, vel facere: siue Satius est. quanuis ego mutata orationis forma vsus sim voce Potius) an ἔοι quidem iungeretur cum infinitiuo, λώϊον autem cum ἢ θεὸν αὐτόν: hoc sensu, Quid apud sacra Iouis cantare quis possit ipsomet deo præstãtius? Hunc autem sensum si amplexus fuissem, ita interpretari potuissem,

Quid Iouis in sacris Ioue quid præstantius ipso Canetur?

Vel hoc modo,

Inter sacra Iouis Ioue quid præstantius ipso
Quis cantare queat?

Verùm hic sensus minus mihi placet quàm alter: præsertim quum pro Præstantius alia potius voce quàm λωΐτον vsurus fuisse videatur. Cæterùm vbiq; meæ interpretationi pronomen *ipso* adhibeo, quoniam & à poeta Græco ponitur itidem αὐτὸν, quod non vacat, sed valde est emphaticum hoc in loco. Ac posset ἢ δὲν αὐτὸν reddi etiã Quàm ipsummet deũ, vel Quàm illũ ipsum deum.

V.4. Πῶς καί νιν] Post νιν interpunxi, vt implicita esse verba ostẽderem, pro πῶς καί νιν ἀείσωμεν; Δικταῖον, ἢ Αυκαῖον; Sed hoc etiam sciat lector, posse omitti interrogationis notam post Αυκαῖον, vt suspẽdatur oratio, & vnum sit membrum, ὃν δεῖμα λαὸς θυμός, πῶς καί νιν ἀείσωμεν. Verùm plus gratiæ alteri lectioni inest.

V.6. -Ἰδαῖόν θ' ὑπέρτον] Quidam ὕπερτα hîc vertices montium siue cacumina vocari putarunt, itidémque apud Theocritum, vbi dicit -ὕπερτα μακρὰ Λυκαίου: sed cur illis assentiendum sit, non video.

V.8. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται] Perinde est ac si diceret, Sed quid opus est ex te scisciari vtri sint mentiti, Cretenses, an Arcades? quum Cretensium mendacia in prouerbiũ etiam abierint? & quidẽ, sicut mendacii de tuo sepulcro manifesti sunt, ita quin de tuis quoque natalibus mentiri ausi fuerint, minimè dubitandum sit. Ideo ego in mea interpretatione huius hymni, non illa cuius principium paulo antè attuli, sed altera, quæ libera est ac paraphrastica, ita locum hunc exposui,

Verùm ex te quid scire adeò manifesta laboro?
Esse equidem Cretam rectè dixêre priores
Mendacem semper. mendaci audacia linguæ
Tanta est, vt tumulo te dixerit esse repostum
Quem fabricata tibi est: quum non sis lumine cassus:
Imò nihil mortale geras, sed perpetis æui
Ius teneas, spernásque trium mala fila sororum.
Quum uerò mentita tuum sit Creta sepulcrum,
Nec de ortu res mira tuo nata esse loquutam.

Cæterùm Naso respiciens ad hæc verba, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται (siue ex hoc Callimachi loco, siue ex Epimenidis versu petita, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, quem & D. Paulus citat) mẽdacem & ipse Cretam appellauit, hoc in loco,

Nota cano. non hoc quæ centum sustinet urbes,
Quanuis sit mendax, Creta negare potest.

Apud eũdem poetã Minos Cretã appellat Iouis incunabula, Metamorph. 8,

Certè ego non patiar Iouis incunabula, Cretæn,
Qui meus est orbis, tantum contingere monstrum.

Item in epistola Ariadnes vocatur *puero cognita terra Iouis*: & Phædra apud eũdem scribit Hippolyto, *Est mihi dotalis tellus Iouis insula Cretæ.* Sed tamen Metamorph. libro 2, idem poeta dicit Ioui impensiorem curam esse suæ Arcadiæ: *-terras hominúmque labores Perspicit, Arcadiæ tamen est impensior illi Cura suæ.* vbi quum dicitur Iupiter maiorem curam gerere Arcadiæ suæ, videtur significari, Arcadiæ patriæ suæ, siue terræ sibi natalis.

V.12. -λεχεποίην Εἰλειθυίης] Non exposui λεχεποίην Εἰλειθυίης, expertum Lucinam, id est partus labores: quasi verba illa sonarent Lucina vsum, id est Lucinæ auxilio: sed quum λεχεποίην iunctum genitiuo viderem, non datiuo, censui vertendum, Indigens Lucina, seu Indigum Lucinæ. Id est, Indigum auxilii Lucinæ. Exempla autem huius significationis participii λεχεποίης cum genitiuo, apud poetas, suppeditabit Thesaurus meus Græcæ linguæ. Vt verò

altera expositio quæ à scholiaste affertur, locum habere posset, Callimachum aliter loquutum esse, & negatiuam particulam non cum ὀπνίσσεται sed cum κεχηνώς aut alio eiusdem significationis iunxisse oporteret. Apud eundē scholiastem eo in loco non dubito quin vox σκιαὶ pro alia irrepserit. Cæterùm pro γυνὴ κεχηνυῖα Εἰλειθυίης alia elegantiore periphrasi vtens dicit pag. 52, ἅπερ Ἐλειθυίαπινες χίεσι.

V. 13. Ὠγύγιον] Magis placet lectio ex scholiaste adscripta margini ὠγύγιοι. meritò enim Apidanenses, Arcadiæ populi, vocantur ὠγύγιοι, id est prisci (quū etiam ipsi Arcades dicti sint προσέλιοι: & fluuius eorum Ladon, cuius mentio fit statim pòst, vocetur ὠγύγιος à Dionysio, ὀν τῇ περιηγήσει) at λεχαῖον Ἥρης dictum simpliciter fuisse, id est sine tali adiectione qualis est adiectiui ὠγύγιον, credibile sit. Illud autem Arcadum epithetum προσέλιοι ab Ouidio non vno in loco exprimitur per periphrasin: dicente de Arcadia alicubi *Gens luna prior*, alicubi *Terra luna prior*.

V. 15. —μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων] Sic Callimachus κόλπων appellatione est vsus hymno in Dianam, pag. 13, Ὄφρα με καὶ ὤκπουσα καὶ οὐκ ἄλγιον φέρουσα Μήτηρ, ἀλλ' ἀμογητὶ φίλων ἀπεθήκατο κόλπων. At verò pag. 15, in magis vsitata significatione ponitur, vbi de puella expauefacta dicitur, —ἡ δ' ἐπτοίησε Δαοὺς ἔσω κόλπος. Illū autē verbi ἀπεθήκατο vsum imitatus est Catullus, quū de Diana cecinit, *Quā mater prope Deliam Deposiuit oliuam*. Nam Deponere propriè idē sonat quod ἀποτίθεσθαι. ac consentaneum certè est vt deponere fœtum dicatur quæ parit, quum onus appellari soleat quamdiu est in vtero. cuius significationis apud Ouidium passim & apud alios exempla extant.

V. 16. —ᾧ κε πάσιο λύματα χυτρώσαιτο] Sic hymno in Delum dicit Peneus fluuius Latonæ, Scio & alias puerperas vndis meis se lauisse. —οἶδα καὶ ἄλλας Λευκαμβίας ἀπ' ἐμεῖο λεχοίδας.

Ibidem. —πὸτ δ' ὠὶ χῶπα λοῆσαι] Hoc de Phœbo itidem dictum esse à Callimacho, docebo in versum 32.

V. 19. —ἔπι δ' ἄζοχος ἦεν ἅπασα Ἀρκαδίη] Hanc aquæ in Arcadia priscis illis temporibus penuriam nomina duo illi data, testari posse videntur, Azania & Apia: illud, ἀπὸ τῆς ἄζης, hoc, ἀπὸ τῆ μὴ πίειν. vt α στερητικὸν sit loco particulæ negantis. Sed de hoc quidem Azaniæ etymo, siue Azenidis (nam Ἀζηνὶς dicta fuit, sicut & Ἀζανία) conuenit inter omnes propemodum. at verò nominis Ἀπία aliud etiam affertur. Dicti autem sunt ab Apia Arcades, Ἀπδανῆς, & Ionica declinatione, qua vtuntur poetæ, Ἀπδανῖται (à recentioribus Ἀπδάνες etiam) ab Azania, Azanes. vnde legimus apud Statium, *Venit & Idæis ululatibus æmulus Azan, Parrhasiique duces*. vbi Azanem Idæis vlulatibus æmulum appellasse existimatur, quòd apud Arcades, sacerdotes Cybeles, memoriam partus Iouis celebrantes, vlulatibus vterentur, eadémque omnia quæ Cretenses facerent, qui partum illum apud se extitisse gloriabantur. Cæterùm Apiam, sicut & Azaniam, alicubi totam Arcadiam, alicubi certam eius partem duntaxat dictam fuisse constat: itidémque Azanas & Ἀπδανῆς, modò omnes Arcades, modò quosdam solùm ex Arcadibus appellari. Quoniam autem in Ἀπδανῆς est litera δ, quidam ἀπὸ τῆ πιδάκων deduxerunt, præfixo α priuatiuo: quasi non habentes πίδακας: sed quum Ἀπία, quod est nomen ipsius ἔθνους, priùs fuisse quàm Ἀπδανῆς quod est ἐθνικὸν, rationi consentaneum sit, in Ἀπία autem nulla sint literæ δ vestigia, potius euphoniæ causa interiectam literā hanc dixerim, & Ἀπδανῆς pro Ἀπανῆς esse appellatos.

V. 20. μίμνει δὲ μάλ' ὕδρος καλέεσθαι Ἄζος] Hæc & omnia quæ sequuntur vsq;

ad versum illum, Καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης, &c. oblitus sum parentheseōs notis includere. Cur enim ὑπ' ἀμηχανίης dicitur χειμὼν Rhea? quia ἓπ ἄῤῥοχος ἦεν ἅπασι Ἀρκαδίῃ.

V. 21. -ὅτ' ἐλύσατο μήτηρ] Scholiastes Apollonii Rhodii, pag. 15, meæ editionis ostēdit μήτηρ esse ζώνην. nā in hunc illius poetæ locū, -ᾧ ὅπι μοῦνῳ Μήτηρ πρῶτον ἔλυσε κ' ὕσατο, scribit, λύσαι δὲ παῖς ζώνας αἱ πρώτως ἔκπυσαι, καὶ αἰσθέσθαι ἀρτίμυδι. atque hinc Dianæ cognomento λυσιζώνης templū Athenis fuisse addit. Apud nostrum autem Callimachum pag. 14, legimus etiam, -πάσας ἓπ παῖδας ἀμίτρους.

V. 24. -Καείωνος αὖω] Magna esset incogitātia scholiastæ, scribentis, deesse vocem ὑπὸ quæ iungatur cum Καείωνος: quum illius præpositionis loco sequatur αὖω. Eius igitur honori consulens dico, illum scripsisse deesse vocem ὑπὸ quæ cum αὖω iungatur: vt sit Καείωνος αὖω pro ὑπερέχω Καείωνος.

V. 26. -πολύστιόν τι Μετώπην] Idem hîc scholiastæ quod aliis plerisque locis vsuuenit, vt bonæ expositioni malam subiungat. Postquam enim πολύστιον rectè exposuit πολύφωνον, malè addit καὶ πολυπάτην. Rectè autem πολύστιον exponi dico πολύφωνον, quum legamus cōfirmatum autoritate enarratoris Nicandri, in Alexipharm. locum illum, -τὴν κῦμα πολυστίου πίεν ἅλμης. necnō testimonio Galeni in libro quo γλῶσσας Hippocratis exponit. dicit enim & ipse ita vocari παῖδας τῇ παλαίᾳ ψηφῖδας. Sed quod illi nos non docent, ex scholiaste Apollonii discimus, esse videlicet Sicyoniorum vocem. Legitur tamen apud hunc, sicut & apud Galenum, στίας, non στῖας. eadémque & in versū ipsius Apollonii est scriptura, -ἦτ' ἐκὺς αἰπηφόος πίλε νηοῦ Σπάων, pag. 119, meæ editionis. Affert autem ibi istud Callimachi hemistichium: sed apud eum Μετώπην in μίτωπον est deprauatum. Verùm quid esse putandum est quod nostrū scholiastē in errorem impulerit? Suspicor illum πολύστιον cum πολύστζον confudisse, quum adderet καὶ πολυπάτην. Nam vt πολύστζον exponere poterat πολυπάτην, non itē πολύφωνον: ita vicissim πολύστον poterat quidem πολύφωνον, sed non πολυπάτην exponere. Adde quòd vocem illam πολύστζον scholiastem illum somniasse potius quàm vsquam legisse arbitror. quum diuersa sit forma nominum compositorum quæ ex verbo στίζω sunt deducta, Λίπζις, Εὐπζίς, & aliorū quæ meus Thesaurus Græcæ linguæ post verbum Σπίζω exhibebit. Quòd si tamen πολυστζον aliqua exemplaria hîc haberent, fides illis adhibenda non esset, quod tale epithetum fluuio minimè conuenire possit.

V. 30. -καὶ αἰπαιύσασα] Pro αἰπαιύσασα quidam reponunt αὖ παιύσασα, vt significet, Quum rursus extendisset. sed quum nunc primùm extensionis huius fiat mentio, id est extensi seu extenti brachii, quorsum particula iterationem declarante vteretur? Rectam igitur scripturam esse fatendum est αἰπαιύσασα, pro αἰπαιύσασα.

V. 32. -πὰξ χρόα φαιδρώσασ' ἔ"να πὸν αἰπίρωσι] Antea dixit Rheam matrem quæsiuisse profluentem aquam, qua partus sordes & sui etiam infantis corpus ablueret: nunc postquam inuenit, ablutionis huius, (nam φαιδρώσασα idem valet quod λούσασα) non item illius mentionem facit. Atque vt hîc πὰξ λοῦσαι adiungit αἰπίρωσι, sic etiam principio hymni in Delum de ipsa dicitur, Λοῦσέ π καὶ αἰπίρωσι, Phœbum videlicet.

V. 34. Κλυμὸν ἔσω Κρηπῖδος] In edit. Frobenii quæ prodiit anno 1532, legitur Κλυμῶν' ἔσω. at verò in ea quā Aldus dedit anno 1513, Κλυμόν' ἔσω: vtrobique mendosē, sed diuerso mendi genere. quū illi qui editioni Frobenii præfuerunt, rectè animaduerterent κλυμόν' dici non posse, adiecta apostrophi nota,

sed κυθμῶν' esse scribẽdum: at interim non viderent huic loco non conuenire, retinendo ἔσω, sed aut κυθμῶν' ἐς aut κυθμὸν ἔσω scribere oportere. Malo autem κυθμὸν ἔσω, tum quòd lenius fluat versus, tum etiam quòd magis vsitatũ sit κυθμός. Exponitur autem à scholiaste Apollonii Rhodii κρύφιος πόπος. Hîc autem voce antrum interpretari possumus, cuius non tam generalis est significatio: atque id Virgilii exemplo facere, in hoc versu, Georg. 4, *Dicto cœli regem pauere sub antro*, vbi de apibus loquitur.

V. 35. -αἳ μιν πάπ μαιώσαντο] Fallitur enarrator in expositione verbi μαιώσαντο, dicens esse ἔθρεψαν, id est aluerunt, siue educarunt: quum constet esse à μαῖα quod obstetricem declarat, & significet Quæ illi obstetricatæ sunt, siue Quæ obstetriciam operam illi præstiterunt.

V. 38. -πάμπ ποτ] Vocem ποτ non pro ποτὲ accipio, id est olim, sed pro που, quam σχηματισμὸν esse notum est.

V. 40. -παλαιότατον δ' μιν ὕδωρ] Non iungo μιν cum ὕδωρ παλαιότατον, vt intelligatur, Aquam hanc antiquissimam, vel eam aquam (neque enim talem huius poetici pronominis vsum reperiri existimo) sed appositionẽ esse dico, vt μιν ad fluuium referatur, hoc modo, Illum autem fluuium potant, aquam antiquissimam. id est, cuius aqua est omnium antiquissima. Est verò periphrasi poetica dictum (si tamen & hoc periphrasis vocari debet) Illum fluuium potant cuius aqua est vetustissima, pro Ille fluuius est illis vetustissimus.

V. 44. -πίπ δαῖμον ἀπ' ὀμφαλός] Nolui scribere ἄπ' cum accentu, quum nõ sit anastrophe, sed dicatur πίπ δαῖμον ἀπ' ὀμφαλὸς pro ἀπίπτον δαῖμον ὀμφαλός. Ideo autem voce omphalus vsus sum in mea interpretatione, vt cum omphalus conueniret quod sequitur Omphalium cãpum (ita enim verti Ὀμφάλιον πέδον) atque ita etiam in interpretatione quæ est ad verbum ponendam Græcã vocem censui, sed addita Latina, quæ ei respondet. Alioqui vt etymum siue appellationis ratio intelligeretur, dicendum fuisset, neutro in loco retinendo vocem Græcam, illic quidem, vmbilicus: hîc verò nouè, Vmbilicarem campum.

V. 47. -τὸ δὲ κοίμησιν Ἀθρήσῃα] Aliam lectionem hîc non inueni quàm istam κοίμησιν, id est Sopiuit, Somnum tibi conciliauit. Potest tamen & latius patere existimari hoc verbum, quũ reges habuerint suos κοιμητάς, vel κατακοιμητάς, vt à Plutarcho vocantur. At verò vt κοίμησιν pro κόμισιν ponatur (quod esset Gestauit) fieri nullo modo posse existimo. Adrasteam porro, fuisse Curetum sororem testatur etiam Apollonii scholiastes, pag. 130, meæ editionis. vbi ipse poeta nutricem Iouis appellat, in isto qui ad hanc fabulam pertinet loco, vbi Venus suam Cupidinem ita compellat, Καί νύ τοι ὑπάσαιμι Διὸς θεράπνιδες ἄθυρμα, Κεῖνο τό οἱ πόπανον φίλην Ἔφορος Ἀδρήσῃα.

V. 51. Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσιν, πάπ κλείουσι Παίακος] Malim, -ἐν ὄρεσσιν, ἄπ κλ. vt legitur apud Stephanum (apud quem alioqui deprauatus est hic versus in editione Aldina, quum οὔρεσιν & κλείουσα ibi legatur) potius enim ἄπ quàm πάπ dicitur pro ἄ, siue ἄπνα. Cæterùm his verbis, ἄπ κλείουσι Παίακος, ostendit vnde apem vocauerit Panacridem in proximè præcedente versu. Existimo autem Παίακος ὄρη dicta, à summa altitudine, vt πᾶν hoc in nomine sit augentis, sicut in aliis quibus est præfixum.

V. 52. Οὖλα δὲ Κούρητες γε θεὸν περίλιτ' ὠρχήσαντο] Repono Κούρητες τὸ πίερ περίλιτ' ὠρχήσαντο. nam alioqui cum θεὸν subaudire hoc pronomen necesse esset, & particula γε non satis aptè hoc quidẽ loco esset σχηματισμός. Ad οὖλα autem quod attinet, neutra scholiastæ expositio habere locum potest: videndum

igitur an pro ἕλα debeat accipi, iungendo cum πύχα, donec aptior expositio afferatur.

V.55. -καλὰ δ' ἤπαφις] Non est de hac scriptura dubitandum, quin germana sit. Exemplo enim Homeri ἤπαφις pro ἤπαφης dicere sibi permisit Callimachus. Extat autem apud illum hic illius aoristi vsus in Catalogo nauium, Ταλπόλεμος δ' ἐπὶ σῷ πάφ' υἱὶ μεγάρῳ ὑπέκτω. Vbi tamen apud breuium scholiorum autorem legitur πάφη: sed ita legēdo scribendum esset ὦ, non υἱ. hoc modo, Ταλπόλεμος δ' ἐπὶ σῷ πάφη ὦ μεγάρῳ ὑπέκτω. Sed in textu (vt vocāt) qui Eustathiū commētariis est insertus, altera illa lectio habetur, πάφ' υἱὶ μεγ. &c.

V.56. Οξὺ δ' αἰήσης] Non ita accipio vt citò adoleuisse Iouem dicat, sed puberem factum ante consuetum pubertatis tempus, & in ipsa etiam puritia: (subiungit enim, ἀλλ' ἔτι παῖδ' ἐὼν:) ne quis eum mēte quoque seu iudicio puerum fuisse existimet.

V.57. Ἀλλ' ἔτι παῖδ' ἐὼν ἐφράσατο πάντα πίλνα] Nequaquam πίλνα pro Perfecta seu Plena, aut aduerbialiter pro Perfectè seu Plenè accipiēdum esse puto: sed in hac voce respici aio ad eam nominis πίλνος significationem qua de illo qui ad ætatem virilem peruenit dicitur, seu qui est adultus, vel adultæ ætatis. (quæ etiam ætas iam constans ex Cicerone appellari potest, in Catone maiore, duobus in locis. quam significationem sequitur & verbum πλησθῆναι apud Platonem De rep. lib. 2, pag. 377, meæ editionis, ἆρ' οὖν ῥᾳδίως οὕτω παρήσομεν τοῖς ὀπτυχόντας ἐκεῖ τῆς ὀπτυχόντων μύθους πλασθέντας ἀκούειν τοὺς παῖδας, καὶ λαμβάνειν εἰς τὰς ψυχὰς οἷς ὀπτιπολὺ ἐναντίας δόξας ἐκείναις, ἃς, ἐπειδὰν πλησθῶσιν, ἴσχειν οἰησόμεθα δεῖν αὐτούς;) idcóque πίλνα significare ἄξια ἤδη πλείου. Itaque in mea interpretatione adstricta, reddidi ita versum illum, *Verùm ætate, puer, digna es meditatus adulta.* Et in altera quæ magis libera est, & quam appello paraphrasticā, ita sensum exposui, *Verùm ætate puer, puerili haud more solebas Ludere: sed iam tum tibi seria cuncta placebant, Digna ætate animus iam tum voluebat adulta.* Conueniunt autem quæ sequuntur cum hac expositione, fratres non inuidisse illi cœlum, quòd in ipsa etiā pueritia eius cogitationes grauitate iam constantis ætatis dignæ essent.

V.59. -ὀπιδαίσιον οἶκον] Scholiastem nostrum, quem alibi reprehendo, hîc laudo quòd melius quàm Suidas ὀπιδαίσιον οἶκον exposuerit. Scribit enim hic ὀπιδαίσιον οἶκον appellari τὸ ὀπίσιον ἢ οὐ μεσὸν, & τὸν ἐξ ἴσου καταλειφθέντα δύο ποιεῖ. (ita enim apud eum legitur δύο non δυοῖ) at noster scholiastes contrà dicit esse τὸν μεμεσισμένον. rectè certé: quum hoc nomen à δύω, quod Diuido seu Partior declarat, originem habere necesse sit. ita vt qui ὀπιδαίσιον οἶκον, Suidam sequētes, interpretati sunt, nullo modo suam interpretationem tueri possint. Debuit tamen scholiastes noster aliquid addere quod suam expositionem adiuuaret. Nam (vt dixi in Thesauro meo Græcæ linguæ) hæc verba, Οὐκαιὸν σὺ ἐμέμηρας ἔχειν ὀπιδαίσιον οἶκον, hoc, aut tale quid, sonant, Non inuiderunt tibi, habere cœlum ceu domum quæ tibi in regni partitione obtingere deberet. Vbi fortasse regnorum partitione aliquis dicendum potius fuisse existimet.

V.65. Ψυδοίμην αἴκεπς ἄ κεν πείθοιτ' ἀκουών] Video hunc versum multis multum negotii facessere, dum in scirpo (quod vulgò dicitur) nodum quærunt. Ac ne ipse quidem interpres sensum eius assequutus videtur: quippe qui putet subintelligendum λέγων. quod vocabulum quidam simúlque alia nōnulla subaudiūt. Atqui sine vlla subauditione sensum habet hic versus cum iis quæ proximè præcedunt optimè conuenientem. Postquā enim dixit planè falsum esse quod veteres poetæ cecinerūt de habitationibus filiorū Iouis, eas sortitò

illis obtigisse: quum rationi consentaneum sit vt ea demum quæ paria sunt, sorti committantur, ideóque nullus sanæ mentis futurus sit qui sorti permittere velit vt vel cœlum vel inferos (inter quæ tantum sit discrimen quantum esse maximum potest) obtineat: subiungit, Τὰ δοίμην ἄλογος ἄν τις πιθοίτην ἀκουλῶ, id est, Mentirer quæ persuaderi possent auribus eius qui ea audiret. Q. d. Miror quomodo hæc, quæ à ratione & à communi etiam sensu abhorrent, mentiti fuerint. ipse profectò si mentiri vellem, magis cautè id facerem. mentirer enim quæ talia saltem essent vt auditori persuaderi possent, vtpote si nõ vera, at certè verisimilia. Sic igitur hunc locum in mea paraphrastica interpretatione exposui,

Haud mentiri illos uates tam absurda decebat,
Vsqueadeo nullo uer: fucata colore,
Ponderet ut recto si forte examine quisquam,
Deridenda queant magè quàm credenda uideri.
Soluere si libeat nostram ad mendacia linguam,
Saltem uerba loquar penitus non absona ueris,
Non indigna fide mea dicta ut iudicet auris.

Non facile autem est Latinum verbum reperire quod illi πιθοίτην in hoc loquendi genere respondeat. Nam hæc quidem, πίθω σὲ τῶν, reddi possunt Persuadeo tibi hoc: at πείθω μὲ τῶν, si interpreter Persuadet hoc mihi: vel πείθω ἀκουλῶ τῶν, Hoc persuadet auribus: nõ expressero quod sonant Græca. Quòd si dixero, Hoc me persuadet, & Hoc persuadet aures, Græci verbi constructionem mutuatus, non autem Latinè loquutus fuero. Ideóque in hoc loco aliisque huiusmodi confugiendum ad periphrasin censeo.

V. 67. Σὺ πάϊν, ὦ πάτερ] Potuissent hæc maiusculis literis in principio scribi, Βίη & Κάρτος, tanquam propria nomina: quoniam ab AEschylo personæ hæ satellites Iouis introducuntur: quas Vulcanus ita compellat in Prometheo vincto, Κράτος βία τε σφῶϊν μὴ ὑπολὴ Διὸς ἔχει πάλος δὴ, κοὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι. Vide & Hesiodum.

V. 68. -οἰωνὸν μέγ' ἐπείροχον] Non minus mihi placeret genitiuus pluralis οἰωνῶν.

V. 71. Ἐμπεσέμους] Non puto scholiastem vocem ἐμπεσέμους, non habentẽ aliam sibi adiunctam, expositurũ fuisse ἐμπέρους: quum non ignoraret ἐμπεσέμους dici pro ἐμπέρους (nam hymno in Palladis lauacra, pag. 41, ἐμπεσέμως rectè exponit ἐμπέρως) ideóque addendum puto genitiuum νηῶν: vt νηῶν ἐμπεσέμους dicat esse τοὺς ἐμπέρους, per periphrasin videlicet: & νηῶν intelligamus ναυπλίης.

V. 80. -ἐκείνεο λῆξιν] Pro λῆξιν quod apud scholiastem legitur, vereor ne reponi debeat λᾶξιν. Eum enim ita legisse videtur expositiones eius ostendere: quum dicat esse λαχμὸν, siue κλήρωσιν.

V. 85. 86. -πεμπέσθαι Ἡμέρῃ μεσίῃ] Eandem constructionem eidem verbo tribuit hymno proximè sequente, Γυδῶν' ἐς πεμπέσθαι.

V. 87. Ἑπτάεθλος κεῖνός γε πάλαι τό κεν ἤδη τοῖον] Hunc versum à Callimacho ita scriptum esse, nemo mihi vnquã persuaserit, quum eum licentia in quauis alia re potius quàm in pedum structura vsum esse videam: licentia tamen maxima futura sit in verbo τοῖον, si in eo elidatur ο per συναφώνησιν, ita vt ex τοῖον fiat τῖν. vt omittam, versum spondaicũ futurum, & quidem eiusmodi qui durius alio quouis spondaico cadere videri possit. durius quidem certè illis qui passim apud eum occurrunt. cuiusmodi sunt, quintus huius hymni, qui cadit in ἀμφίεσιν: septimus, qui desinit in ἐψύσατο: tricesimus secũdus, qui finitur voce

φαιδρώσατε: aliis denique qui clauduntur vocibus, παρθένοιο, μαιώσατε, δρεπτοῖο, ἐφηπτώσατε, κδρύσσα, ὠρχήσατε, κουρίζοντες. Quòd si quis eò confugiat vt dicat corripi diphthongum in ποῖ, multo etiam minus audiendum esse illum dixerim: præsertim si non aliud huius correptionis exemplum attulerit quàm Ergων Hesiodi quendam versum, qui nonnullis in editionibus ita scriptus est, Εἰ δέ κε ἐργάζῃ, τάχα σὲ ζηλώσῃ κ' ἀεργός. Nam ita quidem legendo, fateor diphthongum ει corripi: verùm in mea editione nequaquam lectionem illam reperiet, sed istam, ex vet. exempl. autoritate, Εἰ δέ κε ἐργάζῃ, τάχα σὲ ζηλώσῃ ἀεργὸς, absque illa particula. Quæ quum ita sint, Callimachum eo modo versum illum scripsisse nemo mihi (vt antea dixi) persuadere possit: contrà verò facilè mihi persuaserim ita scriptũ ab eo fuisse, Ἐκπέλεος κείνός γε πλεῖ ποῖ κε τοῖον. Cogitaui quidem posse & ita scribi, non minus eleganter, imò elegantius etiam, Ἐκπέλεός γε πλεῖ τάδε ποῖος κε τοῖον. sed tamen coniecturam illam, quòd minorem mutationem afferat, magis probo.

V.91. Χαῖρε μέγα Κρονίδη] Non minus placeat interpungere post μέγα, vt sit aduerbium, quod iungatur cum verbo χαῖρε. sicut initio hymni in Cererem legimus, Δάματερ μέγα χαῖρε.

V.93. -ἔργματ' ἀείσῃ] Credibile est Callimachum scripsisse ἀείδοι, sicut in proximè præcedente versu. Indicatiuo certè modo non satis aptè iungitur particula κε: ideóque aut illud ἀείδοι, aut certè ἀείσει malim. At ἀείσῃ (quod tamen aliquis fortasse scribendum putet) parum mihi placuerit.

V.94. -δίδου δ' ἀρετὴν τ' ἄφενός τε] Vno versu interiecto eandem precationẽ repetens, dicit, -δίδου δ' ἀρετὴν τε καὶ ὄλβον. Est autem Homeri ἀκροπαθὲς duobus in locis, nimirum in hymnis Vulcani & Herculis. Ita enim Vulcani hymnum claudit, Ἀλλ' ἴληθ' Ἥφαιστε, δίδου δ' ἀρετὴν τε καὶ ὄλβον. Hymnum Herculis ita, Χαῖρε ἄναξ Διὸς υἱὲ δίδου δ' ἀρετὴν τε καὶ ὄλβον.

V.95. -δύήσατο ἄνδρας ἀέξειν] Est οὐκ δύήσατο dictum pro οὐ δύνατο, non potest: sicut & οὐκ οἶδε. atque ita Nescit infinitiuo iunctum pro Non potest, à Latinis poetis interdum dicitur. vt ab Horatio hoc in loco, -*nescit nox missa reuerti*. Quæ ita interpretarer, hunc verbi δύήσατο vsum imitando, Οὐκ ἄρ' ἄπαξ ἀφελεῖν αἰσχέμεναι δύήσατο αὐδή. vel sic, Οὐκ ἀφελοῦσά γ' ἅπαξ τοσσοῦτον δύήσατο αὐδή. At de verbo ἀέξειν in proximè sequente annotatione à me dicetur.

V.96. Οὔτ' ἀρετὴ ἀρέτοιο] Ad hanc posteriorem sententiæ partem respexit fortasse Iuuenalis, quum cecinit, *Haud facilè emergunt quorum virtutibus obstat Res angusta domi*. Aptius certè vis verbi ἀέξειν reddi non potuit quàm verbo Emergere, mutata tamẽ orationis forma: quum hoc, sit neutrum, illud, actiuum. Nonnulli quidem ex Latinis scriptoribus (Plautus, opinor, & post eum Tacitus) verbo Augere, quod respondet illi ἀέξειν (pro quo in soluta oratione dicitur αὔξειν) vsi sunt absque adiectione pro Opulẽtum reddere. Sed & ipsum Ciceronem alicubi ita verbo Augere vsum esse comperio. Scribit enim in vna ex suis ad Trebatium epistolis, quæ est libro 7, *semper te non modò tuendum mihi sed etiam augendum atque ornandum putaui*. Vbi *Augendum* dicitur sine adiectione pro *Augendum commodis*, vt loquitur in fine Philippicæ vndecimæ, verbum idem quod hîc ei præponens, *non tueri solùm sed etiam commodis augere debeo*. Sed hîc ἀέξειν aliud significat: ad quod exprimendum nulla potui aptiora verba inuenire (vt vox respondere voci posset) quàm Euehere seu Prouehere, & Promouere. Sed & verbum Extollere alienum ab hoc loco esse non putaui: ac ne Ornare quidem: præsertim quum hymno in Dianam legamus, pag. 14, Τεὶς δέκα πι πολίεθρα, τὰ μὴ θεὸν ἄλλον ἀέξειν Εὔσπλον. hîc enim pro Ornare videtur

videtur apertè poni: quum honore potius quàm commodis suos deos augeri posse existimarent. Variè itaque hanc sententiam sum interpretatus, illorum verborum singula singulis locis adhibendo,

Euehere haud possunt uel opes uirtute carentes,
Vel uirtus defecta opibus.

Necnon hoc modo,

Haud equidem uirtute carens opulentia quenquam,
Quæ caret & uirtus opibus non prouehit ullum. Vbi scribi etiam potest, *non promouet ullum.*

Vtens autem verbo Extollere, ita verti,

Nec uacuæ uirtutis opes extollere possint,
Indigus possit opum nec quenquam extollere uirtus.

Et quum liceat αἴξειν vertere etiam Decorare, siue Ornare, eosdem versus ita etiam sum interpretatus,

Non sat opes decorant homines uirtutis egenæ,
Nec uirtus opibus decorat satis una remotis.

Necnon ita, paulo liberius,

Non sat opes homines, uirtus nisi iuncta sit, ornant:
Haudque potest satis absque opibus splendescere uirtus.

Quòd si libeat & verbo Emergere vti, (quo Iuuenalē in exprimenda posteriore parte huius sententiæ vsum esse docui) ita velim interpretari,

Nec per opes quisquam emergat uirtute carentes,
Nec per opum uacuam uirtutem emergere possit.

Si verò liceat ordinem versuum permutare, ita etiam verterim, vtendo illo ipso verbo Emergere,

Incomitata opibus uirtus emergere non dat,
Dant nec opes cuiquam, quibus haud comes addita uirtus.

Horatius quoquè virtutem nisi cum re, vilescere testatur: sed virtuti genus etiam addens,

Et genus & uirtus nisi cum re uilior alga est.

IN HYMNVM SECVNDVM, qui est in APOLLINEM.

V. 6. Αὐτὰρ νῦν κατέχῃς αἰσυλ.] Hîc αὐτὰρ esse dictum pro αὐτάματα, itidémque αὐτοὶ pro αὐτόματοι (quæ significatio & apud Homerum extat) illa etiam Virgiliana imitatio ostendit, AEneid. 6,

Ostia iámque domus patuere ingentia centum' Sponte sua.

Sic autem vsi sunt interdum & Latini pronomine quod Græco illi respondet: & quidem inter eos Cicero quoque, non vno in loco. Virgil. his verbis *sponte sua*, præfixit illud pronomen *ipsæ*, Georg. 2,

Nanque alias nullis hominum cogentibus ipsæ Sponte sua ueniunt.

V. 13. ἔχειν] Est ἔχειν pro ἐχέτωσαν: ita vt nihil subaudiendum sit, sed exponendum, Ne habeant pueri tacitam citharam. Huius autem vsus infinitiuorum exempla apud Homerum, Hesiodum, & alios, extant.

V. 14. Ἑστήξει δὲ τὸ πρὶν] Scripsit fortasse ἑστήξει, repetendo quidem εἰ (perinde ac si dictum esset, καὶ εἰ ἑστήξει αὖτις τὸ πρὶν) sed nō μέλλων. Et si (inquit) stabit murus super antiqua fundamēta. Id est, Si futurum est vt stent mœnia patriæ super antiqua fundamenta. Intelligit igitur, Si patriam suam vel vrbem suam

ſaluam & incolumem manere cupiunt. Poſſet etiam eodem ſenſu intelligi τῖχος de muro domus quam vnuſquiſque ſit in patria ſua ædificaturus. Quanuis enim de muro domus dicatur potius τοῖχος quàm τῖχος, poteſt hoc ad iſtã quoque ſignificationem extendi. Quòd ſi retineatur ἐπῆξεν, ex neutro verbo fiet actiuum.

V.21. Ὅππότ' ἰὴ παιήων] Si verum eſt quod de huius acclamationis origine traditur, altera ſcriptura ſequẽda fuerit, ἴη, mutato & ſpiritu & accẽtu: vt ſit ἴη pro ἄφιη. quãuis alioqui potius dicatur ἄφιει & ἴει. ſicut verſu 103 legitur ἴει βέλος. Et tamen apud Athenæũ narrantem ex Clearcho hanc hiſtoriam, ſcriptũ eſt in vulg. edit. ἴη, non ἴει. quinetiã ἴη tenui ſpiritu. ſed ad ſpiritum quidẽ quod attinet, mendum ibi eſſe oſtendit compoſitum verbum ἄφη, quo ſimplex illud ab eodem exponitur. Atque ita tres imperatiui formæ fuerint, ἰή, ἴει, & ἴη. quarum vltimam minus quis tueri quàm præcedẽtes poſsit. Illa tamen lectio ἰὴ reperitur itidem non ſolùm paulo pòſt, ver. 25, ſed etiam in ver. 103, & quidem ſequente ἴει.

V.24. -οἰζυρόν π χαυούσης] Duobus modis exponi hoc participium poteſt: vt dicatur οἰζυρόν π χαυοῦσα Niobe in ſuis lamentationibus & eiulationibus, quum ſe orbatam omnibus filiis videret: vel verba nimium ſuperba loquuta, quæ illi οἰζὺς id eſt infortunium attulerint, & quidem ex fortunatiſsima infortunatiſsimam reddiderint. Vtrocunque autem modo intelligamus, eſt certè elegantiſsimus hic verſus, & cum quouis alio in ſuo genere comparandus, Μάρμαρον αἰὴ γυναικὸς οἰζυρόν π χαυούσης.

V.31. Ἔστιν δ' ὄυμυος] Totus hic pentameter Ouidianus, *In laudes eius area magna patet*, ad interpretationem nominis huius ὄυμυος poſſet adhib eri. (Ouidianum autem voco, quẽ facio ex iſto Ouidii, Et *patet in laudes area magna tuas*) Neque tamen ὄυμυος tam videtur ſonare Laudibus abundãs, quàm Laudatu facilis, Qui facilè laudari poteſt. Atque adeò ipſe Callimachus volut exponens hoc epithetum ὄυμυος, ſubiungit, πὰς αἳ οὐ ῥία κεύθει (quum antea paſſim legeretur κὰτ' οὔρια, id eſt per montes, pro κὰ οὐ ῥία, vt docui in illa mea editione heroicorum poetarum) Verùm ab hac expoſitione non diſſentit altera, quum facile ſit eum laudare qui laudibus abundat, ita vt copioſa earum materia ſuppetat, ſiue multa ad eum laudandum argumenta ſuppetant. Eſt autem ſumptum ex Homero hoc epithetum: apud quem in hymno eius legimus, Χαῖρε γὰρ ὀ ὑμνήσων πάντως ὄυμυον ἐόντα;

V.33. -κὸ, τ' ἄτιμα] Perperam à ſcholiaſte ἄτιμα exponitur ἀνυβρὰ, quum ſignificet πήχυν, id eſt arcum.

V.37. Θηλείαις] Putauit ſcholiaſtes θηλείαις dici de genis Phœbi, ideóque non intellexit Fœmineis, ſed Mollibus. exponit enim ἁπαλαῖς. Sic autem exponendo neceſſe fuerit οὐδ' ὅσον ſignificare Ne tantillum quidem, vt apud Apoll. Rhodium. perinde acſi quis dicat, ὁ Φοῖβος οὐδ' ὀλίγον χροὰ πὰς ἁπαλὰς παρειὰς. vt Lucianus dixit, ἀγλώσσον ἀκεραίως, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον χροΐσπε πὰς παρειάς.

Ibidem. -δὴ χόος ἦλθε παρειαῖς] Quum χόος ſit lanugo, (vnde χοάνη apud Apollonium) deprauatum eſſe dicamus neceſſe eſt illum ſcholiaſtæ locum in quo nomini χόος appoſita ſunt hæc duo, ψῶρος & ξυσμός, tanquam ad illud exponendum.

V.41. -ἀκέσια] Quum, poſtquam dixit comas vel ex comis Apollinis ſtillare ipſam panaccam, addat, omnia fieri ἀκέσια in ea vrbe in cuius ſolum illas decidere contigerit, rationi conſentaneum eſt vt ἀκέσια non pro Immortalia ſed pro Salua & incolumia, ſiue morborum expertia, accipiamus. Apud

scholiastem autem prior vocis huius expositio deprauata est.

V.46. -αἰάζησιν θανάτοιο] Id est, Artem remorādi mortē, siue Posse mortem remorari, vel morari. Quum enim eos tandem inuadat à quibus illam aliquando depulerint, seu auerterint, meritò dicuntur duntaxat moram ei afferre, siue eius aduentum retardare.

V.54. -δίδυμαπόνος αἶψα γένοιτο] Vt stet versus, scribendum est δίδυμα πόνος.

V.58. -τὰ σφέτερα διμήλια] Vel τἀσφέτερα vna voce, aduerbialiter, vt dicat Phœbum fuisse duntaxat quadrimum quo primùm tempore fundamenta iecit. Idem autem dicendum fuerit & in versu 64.

V.71. -ἐμοὶ πατρώϊον οὕτω] Subaudi καλεῖν σε, Sic mihi patrium est te vocare. Id est, Sic mihi patrio more vocandus es.

V.79. Υστάτιον] Non debet iungi ὑστάτιον cum ἰχέτιν. ponitur enim aduerbialiter, pro postremùm. Nihil autem aliud totus hic versus significat, Υστάτιον πίπτουσιν ἐπ' ἰχέτιν, ὦ ἄνα, ταῦροι, quàm Immolantur tauri, ô rex: sed ex eo quod præcedit vult intelligi quod sequitur.

V.92. -ζωὸν σύν Εὐρυπύλοιο] Citatur ab enarratoribus Pindari & Apollonii hic locus. Aptè autem σύν interpretabimur vastatorem, sicut legimus apud Naſonem, Metamor. 9, Arcadiæ vastator aper.

V.94. -πᾶσα Κυρλῆνη] Nihil necesse est πᾶσα hoc posteriore loco mutare in ὅσα, quum itidem versu 81, sit πᾶσα pro ὅσα, quanuis & ibi non minus versus admitteret ὅσα quàm πᾶσα.

IN HYMNVM TERTIVM, qui est in DIANAM.

V.3. -καὶ ὦ οὔρεσιν ἐψάασθαι] Vt hîc scholiastes ἐψάασθαι exponit διηρεῖσθαι, non solùm παίζειν, sic etiam Apollonii enarrator ἐψώωντο (in hoc loco, qui est pag. 130, meæ editionis, -ἀμφ' ἀγραύλοισι δ' πόλε Χρυσίοις, ἅπ κοῦροι ὁμήλικες, ἐψώωντο) exponit quidē ἔπαιζον, sed à Philone ait exponi ὠμίλουν. Magis tamen admitti posse videtur illa significatio τῶ διηρεῖσθαι, in isto Callimachi loco, quàm hęc τῶ ὁμιλεῖν, in illo. At in principio huius versus χορὸς ἀμφιλαφὴς vocantur, vt opinor, choreæ latæ & spatiosæ. id est, quæ se in longum spatium extendunt.

V.5. Παῖς ἔτι κουρίζουσα] Videtur κουρίζουσα dici Puerili more loquens; vel Puerilia loquens & agens. at in hymno Iouis κουρίζοντος est Vagientis.

V.6. Δός μοι παρθενίλω αἰώνιον ἅπτα φυλάσσειν] Versum hunc Naso ita interpretatus est, Da mihi perpetua, genitor charissime (dixit) Virginitate frui. sed Daphnen hoc à patre petentem inducens: & addentem, - dedit hoc pater antè Dianæ.

V.7. Καὶ πολυωνυμίαν] In meo Thesauro Græcæ linguæ admonui, scribi ab Hesychio, πολυώνυμον esse Apollinis epithetum. Quod si ita sit, petet Diana vt ipsa quoque πολυωνύμου cognomine honoretur. Sed accipiendo simplicius, sibi multa nomina dari postulabit, sicut & Phœbus habet multa. Sic autem & alii nonnulli ex diis multa nomina habuerunt. vt Bacchum multis appellari videmus à Naſone, Metamorph. lib. 4. circa principium, atque his addi, *& quæ præterea per Graias plurima gētes Nomina Liber habes.* Sed quum nomina talia ab iis rebus quibus præstabant, imponerentur, petendo nomina ipsæ etiam res peti videri possunt. Alecto autem à Marone nomina mille habere,

ſicut mille nocendi artes, dicitur.

V.10. -ἐμοὶ δ' ἀκαμπὲς ἄεισμα] Mirum eſt ſcholiaſtem vel ab epitheto ἀκαμπὲς non eſſe admonitum ſignificationis nominis ἄεισμα, ſed vt ſuprà, hîc quoque expoſuiſſe ῥῆσιν: quum exponere deberet πᾶξιν.

V.18. -πάλιν δ' ἔμοιγε λῶπια νεῖμον Ἥπνα λαῶν] Quum diu miratus eſſem hunc vſum nominis λῶπια pro ἱμάτια, & ita miratus vt ne ſcholiaſtæ quidem aſſentiri poſſem, ita vſum eſſe Callimachum credenti, tandem coniectura mihi aſſequutus videor lectionem quam germanam eſſe puto, & de qua neminem mihi refragaturum arbitror: quum & aptiſſimum huic loco ſenſum habeat, & minima in ea immutatio fiat. Lego enim, -πάλιν δ' ἔμοιγε ἱμάτια νεῖμον. Ad hanc autem emendationem deduxerunt me veſtigia (vt ita dicam) illius quæ ῥῆα pro οὖρια repoſitum fuiſſe antea dixi: quanuis aliquid ſit inter hanc & illam deprauationem diſcriminis. Cæterùm argumento eſſe poteſt hic ita deprauatus locus, valde inueterata quibuſdam in libris eſſe mēda: quū ipſum etiam ſcholiaſtem in ſuis exemplaribus iſtud habuiſſe videamus. Quod tamen minus miror, quàm illi non ſuboleuiſſe. Cæterùm, ſi noſtra lectio retinēda eſſet, minus durum illum vocis λῶπια vſum redderet interrogatio cum ellipſi verbi, hoc modo, πάλιν δ' ἔμοιγε λῶπια; νεῖμον λῶπια λαῶν.

V.22. -καλέουσι βοηδόον] Repono καλέουσιν.

V.27. -πολλὰς δ' μάτλῳ ἐπανύσατο χεῖρας] Si πολλὰς legatur, erit pro λαβικάς. Hymno autem in Cererem legitur πολλαῖς ἐπὶ χεῖρας ἔβαλλε, non πολλὰς. Sed & pro ἐπανύσατο inuenitur ſcriptum ἀπτύσατο, quod admitti poſſe non videtur.

V.28. Μέχρις ἵνα φαύσῃ] Abundare ait ſcholiaſtes vocem μέχρις: qui tamen pleonaſmus valde durus, fortaſsis autem nouus etiam eſſet.

V.35. -καὶ Ἀρτέμιδος καλέεσθαι] Mutata eſt forma orationis, quum præcedat actiuum verbum αἰτῆσαι, quod cum eodem verbo εἶπαι iūgitur: nec poſsit vlla iniri ratio qua Ἀρτέμιδος καλέεσθαι accipiamus pro Inuocare Dianam. Ideo ſicut μάτλῳ iunxit cum αἰτῆσαι, ita μάτης ſubaudiendum puto cum Ἀρτέμιδος καλέεσθαι: & intelligendum, Quæ non patientur ſe vocari vibes alius cuiuſquam quàm Dianæ.

V.36. -δέμας τρήσασθαι] In ſcholiaſtæ expoſitione cui præfixum eſt hoc verbum, pro ἐπάσσω σοὶ μετὰ ταῖς λ, repono ἐπάσσω σοὶ μᾶλλον ταῖς λ.

V.56. -αἰγὸς βαρὺ κῶας] Repetendum eſſe verbum ἔδ δυσαι ait ſcholiaſtes. Qua in re fallitur, quum hos accuſatiuos ἄκμα & κῶας, cum adiectiuis quæ illis ſunt adiuncta, referri eodem neceſſe ſit quò & accuſatiuum δοῦπον: nimirū ad verbum ἄκουσαι. Ita enim procedit hæc oratio, αἱ νύμφαι ἔδ δυσαι ὅπως ἴδοι πόλεμόν τε αἰπὺ, καὶ ὅπως ἄκουσαι δοῦπον, καὶ ἐπὶ ἄκουσαι κῶας. Cæterùm ſcio iungi etiam φυσάων cum αἰγός: ſed multo rectius (meo quidem iudicio) ſicut ἄκμα follibus, ita κῶας ipſis Cyclopibus, non follibus eorum, tribuemus.

V.59. Εὖτ' εἶχε ῥαιστῆρας ἀείρ.] Ait ſcholiaſtes hunc eſſe ordinem, ἐπὶ μέγα πολύ τ' ἄκμα, οὖτ' εἶχε ῥαιστῆρας, &c. quum nō ab illo loco aliquantum remoto pēdeant hæc verba, ſed tantùm à præcedente verſu: ita vt poſt αἰνὰ ponenda ſit duntaxat hypoſtigme.

V.61. -ἐπὶ μέγα μοχθήσαι] Orationis curſum impedit particula ἐπὶ: & tantum negotii exhibet vt quidam cum πυκάζῃς ſubaudiant ἦσαν, & poſt μοχθήσαι ſuſpenſam ſententiam relinquant, atque ad alia non ſatis legitima auxilia confugiant: ego verò malim, vt impedimentum tollatur, atque adeò locus ex difficili facilis reddatur, ſcribere ὀπὶ μέγα: quod dicatur eodem modo quo ὀπὶ μακρὸν, vel ὀπὶ μακρὰ, & ὀπὶ πολύ. vt ὀπὶ μέγα μοχθήσαι, idem valeat

quod μεγάλως μεχθήσεται. Neque verò timendum fuerit ne non ſtet verſus, ſcribendo ὅτι μέγα μεχθήσεται: quum hic poetá, ſicut alii (Homeri ipſius exemplo) ſequente litera μ, ſyllabam producat quam alioqui corriperet: vt in iſto verſu, qui eſt 150, huius hymni, videre eſt, Ταῦρον ὀτ' ὀκ δίφροιο μάλα μέγαν, ἤ ὅπ χλεύνλω. Sic autem in præcedentibus, producitur poſterior ſyllaba præpoſitionis ὀνὶ ante λ, verſu 47, Νήσῳ ὀνὶ Λιπάρῃ· Λιπάρη γέρ, ἀλλὰ πότ' ἔσκεν. quum tamen ad vitandam illam licentiam (ſi vocari debet licẽtia) potuiſſet dicere ὀν. Sed ipſum etiam Homerum paulo antè oſtendi ſcripſiſſe, Ταπτάλιμος δ' ἐπὶ οὖῶ πράφ' ὀνὶ μεγάρῳ ἐύπκτῳ: vbi poſterior eiuſdem præpoſitionis ſyllaba ob ſequentem literam μ producitur. quum poſſet, ſcribendo πράφῃ & ὀν, hanc producendæ iſtius ſyllabæ neceſsitatem vitare: hoc modo, Ταπτάλιμος δ' ἐπὶ οὖῶ πράφῃ ὀν μεγάρῳ ἐύπκτῳ. Cæterùm quum elegantiſsima ſit tota hæc Cyclopum opus in officina ſua facientium deſcriptio, ſed quædam in ea negotium nonnullis (vti dixi) exhibeant, nunc, poſtquam omnia impedimenta remouiſſe mihi videor, ad eius interpretationem veniam. Diana ad Cyclopes quum veniſſet, eos inuenit in Lipara inſula (Lipara recèns dicta, quum ei tum temporis nomen eſſet Meligunis) apud incudes Vulcani, circumſtantes candẽtem ferri maſſam. Properabatur enim magnum opus, quum Neptuno aquatorium equinum fabricarentur. Sed nymphæ expaueſcere cœperunt ſimulatque aſpexerunt horrenda illa monſtra (nam iuga Oſſæ montis magnitudine æquabant, & omnibus ſub ſupercilio erant oculi vnicam pupillam habentes, æquales clypeo ex quatuor tergoribus boum confecto, colore cæſio non ſine quodam horrore micãtes) atque vbi ſtrepitum incudis reſonãtis, vbi etiam magnum multúmque flatum follium, necnon ipſorum [Cyclopum] grauem gemitum audiuerunt. Reſonabat enim Aetna, reſonabat Trinacria, Sicanorum ſedes: reſonabat & vicina Italia, necnon Cyrnus magnum clamorem edebat, quum illi ſublatis ſuper humeros malleis, aut æs aut ferrum candens è camino [extractum] alternis tundentes, ingentem laborem exhaurirent. Quare non ſine pauore potuerunt eos intueri Oceaninæ, nec ſtrepitum auribus percipere. Nemo, vt opinor, qui hanc meam interpretationem conſiderauerit, orationis iſtius membra cohærere ita debere negabit: ideóque nec meam illã emendationem (vt opinor) repudiabit: donec alia quępiam lectio proferatur, qua nihilo magis quàm iſta, orationis curſus (vt ita dicam) impediatur.

V. 66. πύχοι] Siquis πύχοι malit ſcribere, illi aſſentiar. quanquam aduerbiũ hoc infrà, ver. 150, cum optatiuo iungitur, præcedente indicatiuo, vt hîc ſequente.

V. 69. —ἀσδιῦ κεχεμιδμένος αἰθὴ] Non dubito quin reponendum ſit κεχεσμένος, ſicut antea in mea editione poetarum heroicorum admonui.

V. 81. Κύκλωπες, ἤμοί π Κυδώνιον] Ne hunc quidem locum ſic à Callimacho ſcriptum eſſe, facilè mihi quiſquam perſuaſerit: ſed viciſsim aliis fortaſſe coniecturam meam non facilè probauerim, vt τῷμοί π, aut τεἰμοί π legatur. Nec mihi ipſi certè in hac emendatione ſatisfacio. Apud ſcholiaſtem porro ante ἔθνος Κρήτης videtur deeſſe Κύδωνες, quod legitur infrà, ver. 197.

V. 103. Ἐξαπίνης δ' ἔπαφές π] Alia etiam eſt lectio, ἔπαφες, ſed apertè mendoſa. Eſt autem ἔπαφες, Admirata es, vel Obſtupefacta es. vnde etiam τάφος pro admiratione, apud poetas, ſed rarum.

V. 109. —πάρος Κεραώνιος ἔδεκτο] Scripturam quæ eſt apud ſcholiaſtem, videlicet Κεραύνιος, habet & Apollonii enarrator, quum tamen verſus ſtare non videatur ita legẽdo. Affert autem hic verſum hunc Callimachi vnà cum præ-

cedente, scribens ὕστερον non ὕσπερ. nisi est librarii error: quod potius credo.

V. 116. -ἀπὸ δὲ φλογὸς ἥλατο πίνης;] Id est, Et de qua flamma illam accendisti? Atque vt priori illi interrogationi, πῶς δ' ἔπαμες πύκνης; respondent illa, Μυσῇ ἐν Οὐλύμπῳ: sic isti posteriori, -ἀπὸ δὲ φλογὸς ἥλατο πίνης; respõdent quæ sequuntur, -φάος δ' ἐνέηκας αὐτμιδὶ λεβέτου, &c.

V. 126. Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' ἡμάτι] Non memini me legere κείρεσθαι pro Interfici, seu Trucidari, atque adeò significationis huius exemplum haud extare puto: ideóq; nolim ita exponere, Trucidãtur senes super filiis: sed Senes tondent se propter filios. id est, ob luctum de filiis interfectis.

V. 128. -τῷ δ' οὐδὲν ὅπῃ σφυρὸν ὀρθὸν αἴρει] Refero τῷ ad id quod dixit ἔκνισεν: vt ex hoc verbo subaudiamus ἔκνισμένον, vel πίνων: vt suprà in hoc loco, -ὅτι μοι ἔσσεται ἥσιτος Τίκτειν, ex τίκτειν subaudiendum est πίνα cum ἔσσεται. Dicit igitur illas profugas talia párere quæ nunquam se in pedes erigant: significans eas fœtus edere qui ad breue tempus sint vitales.

V. 129. αὐχάσαι] Rectius αὐχάσσαι legetur, geminata litera σ. vt initio hymni in Cererem, -μηδ' ὑψόθεν αὐχάσσασθαι.

V. 136. -τῷ ἔπι μοι ἔμοιγε φίλος ὅστις ἀληθής,] Hîc τῷ refertur ad eos quibus tam multa bona dixit contingere, postquam eos Diana hilari & propitio vultu intuita fuerit. Illorum (inquit) in numero sit quicunque mihi est amicus verax, miniméque fictus: ipse quoque sim vnus ex illis. Sic autem votum pro suis amicis interiicit hymno in Iouẽ, Σὸν πρέπει, ἄτ' ἐμοῖσι φίλοις ἐνδίκια φαίνοις. At verò hymno in Cererem deprecatur amicitiam eius qui ipsi sit inuisus, quicunque is sit.

V. 145. -δῶκε ἄεθλον] Repone ζῶσεν, vt in aliis editionibus.

V. 151. -ὑπὸ δίφρου φέρει πόδας ἀκαμάτους] Recta scriptura fortasse est φέρεις, vt non Hercules, sed ipsa Diana taurum siue aprum dicatur φέρειν. sicut modò dixerat ῥηϊδίως, ἢ φέρεται. item, -ἔπι φέρουσα Νίκαι πῶν ἔδισμα. Cæterùm cum φέρεις siue cum φέρει genitiuus πόδος iungi videtur, vt dicatur φέρειν πόδος, sicut ἕλκειν πόδος. Sed cum ὑπὸ δίφρου subaudiendum aliquid fuerit: vt intelligamus Ex curru sumptum, siue depromptum. Nam vinctum de curru (vt subaudiatur δεδεμένον) ne dicere possimus, obstat φέρει siue φέρεις. ac potius vinctum ad currum, siue religatum, Latinè dicendum esset.

V. 152. Κερδαλέῳ μύθῳ] Deest particula τῷ, quum rationem reddat illius deorum risus, cuius meminit. nisi velimus initium orationis esse, Ταῦρον ὑπ' ὑπὸ δίφρου, &c.

V. 158. Ἧς ἔνεπεν] Non conuenit hoc tempus imperfectum cum præcedẽtibus, nec video quis locus ei esse possit: idémque & de πενῆτα dico. Miror igitur cur non potius ἐνέπει & πενῆται scriptum sit.

V. 178. Στυμφαλίδες] Altera lectio est Στομφαλίδες. (pro quo mendosè adscriptum est margini Στυφαλίδας) quum autem Στομφαλίδες legat scholiastes, perperam altera lectio expositioni eius præfixa est.

V. 186. Εἰπὲ διὰ σὺ δόμῳ] Potest εἰπὲ iungi etiam cum pronomine ἄμμιν, vt nõ interpungatur post διά.

V. 251. -ἀλαπαζέμεν ἠπείλησε] Scribendum potius ἀλαπαξέμεν.

IN HYMNVM QVARTVM, qui est in DELVM.

V. 2. -Ἀπόλλωνος κουροτρόφον] Compositum κουροτρόφος pro simplici τρόφος vtitur

& infrà, pag. 37, Τῷ καὶ ὑποσὰν ἀγωνάπι ἐξίνι κείνου Καλίζῃ, Κάλλωνος ἰουροξόφος.

V. 5. -ἀοιδάων μελέοντα] Quanuis verum sit Phœbum poetarum curam gerere, tamen nec ἀοιδάων pro poetarum, nec μελέοντα pro Curam gerentem, accipi posse existimo: ideóq; malim Carminum præsidem, seu principem. quasi quis dicat, Imperium in carmina tenentem.

V. 28. Εἰ δὲ λίλω πολέες τι παρεξοχάων ἀοιδαὶ] Scholiastes quum dicit, αἱ Πινδάρου καὶ Βακχυλίδου videtur legere πολέων: quum tamen postea dicens, ἔδει δὲ εἰπεῖν πολλαί, ostendat se lectionem quam habemus agnoscere. Non immeritò autem quis miretur cur scribat fuisse dicendum πολλαί, quum πολέες idem valere, & esse magis poeticum constet.

V. 49. -οὔπω γὰρ ἴλιω Σάμος] Rectè hæc notis parentheseos includentur.

V. 52. Τοῦτό τι αἰνιγμοειδὲν] Si dici posset αἰνιγμοειδὲν, hîc ponendum censerem.

V. 53. -νικᾷ δ' ἄλλος ἐπίπλειες] Legitur etiam ἐπέπλειες. sed antea quoque, videlicet versu 36, habuimus ἐπίπλειες. ita enim ibi scripsi in mea etiam illa editione quæ Callimachum cæteris poetis adiunctum habet, quum antea legeretur αἰπίπλειες.

V. 61. δύο δέ οἱ] Scribendum δύω, vt stet versus.

V. 90. -πειπδήϊος ἔδρη] Pro ὁ Δελφίνης quod apud scholiastem scriptum est ad exponendam vocem πειπδήϊος, videndum an scribi posit Δελφικὴ.

V. 94. -ἐρέω τὸ ὔμμιν πρότερον ἢ ὑπὸ δάφνης] Huc pertinet ille locus Lycophronis (vt alios aliorum omittam) de sua Cassandra Δαφνηφάγῳ φοίβαζεν οὐκ λαιμῶν ὄπα.

V. 98. -Δαναῶν δὲ καὶ ἁγνῶν μυχοίμιλω] Non dubito quin cum Δαναῶν subaudiendum sit ἡμῖς, vt dicat, Sed curæ sim iis quorum patres sancti fuerunt, & qui sancti sunt & ipsi. Possumus verò & Religiosi interpretari.

V. 104. -καὶ αἱ Χειρωνίδες ἄκραι] Non accipio nomen ἄκραι tanquam adiectiuum (vt significentur Chironides excelsæ) sed vt substantiuum, quo intelligantur iuga seu cacumina montium. Sic infrà Δελφίδες ἄκραι.

V. 114. -ἢ ἐπ' ἐμοῖο Μοῦσαι ἐλαφρίζουσι;] Vereor ne scribendum sit ἀπ' ἐμοῖο.

V. 162. Ἀλλά ἑ παῖδες ἔρυκε τόσσ' ἀΐδι] Non est ἔρυκε pro Defendit, seu Defendebat: sed potius pro Prohibuit facere quod volebat, siue Prohibebat.

V. 166. -ᾧ τοῦτο μίτρῳ ἴξεται οὐκ ἀέκουσα Μακεδόνι κοιρανέεσθαι] Potest Μακεδόνι iungi cum ἴξεται, vel cum κοιρανέεσθαι. & quidē dici etiā οὐκ ἀέκουσα κοιρανέεσθαι Μακεδόνι, Non recusans sub Macedonis imperio esse. At μίτρῳ non balteum sed mitrā dixerim, ipsam vocē Græcam Latinorū exemplo retinens. Ex iis autem quæ sunt insignia imperii satis ipsum imperium intelligitur, adeo vt κοιρανέεσθαι addi necesse non fuerit.

V. 174. -ἀφ' ἑαυτέρου ἑκατόντορος] Repono ἑκατέντορος. In Ald. & Frob. ἑκατόντορος. Sed & ἑκατόντοροι proparoxytonè scribendum.

V. 177. -καὶ Δελφίδες ἄκραι] Hîc ἄκραι non esse adiectiuum, sed substantiuū, sicut v. 104, Χειρωνίδες ἄκραι, antea monui. Aliquando autem per iuga montiū ue cacumina montes toti significantur.

V. 179. Ἀμφιπεκτιόωντας] Lamentorum seu gemituum significationem huic verbo inesse non puto, sed ἀμφιπεκτιόεσθαι, à πεκτὸς posito pro πεκτὸς, sonare Circumactari. Ex eo autem intelligitur valde oppletum esse.

V. 180. -καὶ νύκτα μοῦνον ἀκουῇ] Cum hoc nomine subaudiendum puto aliquod verbum: cuiusmodi fuerit πύθωνται. vt Latinè subaudiatur non Videant, seu Viderint, ex præcedente verbo ἴδωσι (quum hoc à sensu aurium sit alienū) se dSciuerint, vel Acceperint, seu Cognouerint. Huic autem opponit ἀπωγάζεται. est enim hîc ἀπωγάζεσθαι Conspici, Spectari, non Refulgere. Mutatur au-

tem modus in ἀπαυχάζοιτο, propter versum, quũ antea coniunctiuo esset vsus.

V.198. οὔπω παλαιόν'] Non iungo παλαιόν cum nomine φῦκος, sed accipio pro πάλαι. vt dicatur nõ pridem descendisse, atque hoc ex alga quam à tergo verrebat, potuisse cognosci.

V.201. -ὀπὶ ἀξυχαίτῃ πυρί,] Omnino mihi suspecta est vox πυρί in isto versu, & vel ipsa certè quãtitas syllabica meritò suspectã illam reddiderit: quũ producatur hic prior quæ solet corripi. Fortasse autem aduerbium quodpiã verbo ἀξυχαίτῃ metaphoricè posito adiunxerat Callimachus. Quinetiam aliquid deesse præter illa quæ ad explendam lacunam adiecta fuerunt, non absimile vero videtur.

V.214. ·ἴξιδι κάλπιν] Suprà duobus in locis vsus est plurali hac ipsa de re, quum dixit ἀπὸ δίκαν κάλπιν. Aliter autem versu 265, Ἐν δ' ἰδάλῳ κάλπισιν.

V.222. Ἀπὸ δὶ μίτρῳ αἰαλύτας] At versu 209, Λύσαν δὶ ζώνῃ. Sed hymno in Iouem μίτρῳ itidem dixit, non ζώνῃ, & quidem simplex hoc non compositum illud verbum ei adiungens, -ὅτ' ἐλύσαν μίτρῳ.

V.237. Οὐδὶ πω ζωνῃ αἰαλύτας] Longè aliter hîc dicitur ζώνῃ αἰαλύτας, quàm versu 209, ζώνῃ λύτας, & ver.222, μίτρῳ (quod itidem ζώνῃ significat) αἰαλύτας. In his enim duobus locis, sicut alibi, de pariente dicitur: at hîc ζώνῃ αἰαλύτας est cingulum soluere, vt solent qui vel quæ exuere vestes volũt. Dicens igitur illam non discingere se, seu recingere, intelligit illam vestes nõ exuere, vt semper sit parata & expedita, si domina eam aliquò repentè amandare velit.

V.240. Οὔπω ταῦτ' ἔλιος ἐπείδια] Nõ lego hæc cum interrogatione, sed imprecãtis esse puto. hoc sensu, Ita vobis contingat, ô Iouis opprobria (id est, ô quæ Ioui opprobrio estis, seu probro: Ζηνὸς ἐπείδια, pro Ζηνὶ ἐπιπείθοιτε οὖσαι) & clandestinas nuptias celebrare & in occulto parere: ac ne iis quidem in locis vbi miseræ pistrices magno cum dolore fœtum enituntur. Alloquitur autem omnes pellices, in vnius persona: quanuis γαμεῖσθαι, si in propria significatione accipiatur, non satis illis conueniat. Potest verò esse etiam optatiuus modus pro imperatiuo. Respondet autem significatio quam dat verbo μογεῖν hoc in loco, epitheto quod Homerus dat Lucinæ, eam appellans μογοστόκον.

V.255. Ὄγδοον οὐκ ἔτ' ἔασαν] Scribendum est ἄεισαν, quod est in proximè præcedente versu, vt stet versus: quanuis altera illa lectio sit & in superioris temporis editionibus. Antequam (inquit) octauum cantum edidissent, ille ex vtero prodiit. Legi etiam posset Ὄγδοον οὐκέτ' ἄεισαν.

V.257. Εἶπαν Εἰλειθυίης ἱερὸν μένος] Sic infrà, hymno in Cererem Εἰλειθυίᾳ dicit pro Εἰλειθυίᾳ, versu 132, Χ' ἅπες Εἰλειθυίᾳ πίνει χόλος.

V.266. Ὦ μέγαλ', ὦ πολύωμε] Malim scribere, Ὦ μεγάλη, πολύωμε. quoniam dura est illa vocalis η elisio. Videtur autem in hoc epitheto intelligendum & quod sequitur ex eo quod præcedit: vt ita vocetur cui à multis preces fundũtur, & vota fiunt. Sic infrà postquam dixit πολύωμε, addit πολύλλιτε.

V. 295. Ἔμμοιροι δ' ἐφέουσι καὶ ἀκλέες οὔπερ ἀκοῦσαι] Ambo adiectiua quæ sunt in hoc versu, non iunguntur cũ οὔπερ ἐφέουσι (alioqui cum ἔμμοιροι non ἀκλέες sed ἀκλέες conueniret: hoc modo, οὔπερ ἐφέουσι ἔμμοιροι καὶ ἀκλέες: quod Delo, cuius hîc est encomiũ, non laudi sed dedecori esset) sed cum ἔμμοιροι dicẽdũ est tãtùm ἐφέουσι: cum ἀκλέες autẽ, οὔπερ ἐφέουσι. Distinguendũ igitur post ἐφέουσι.

V.297. -ἥλικα χαίτῃ] Quum annotauĩ in editione poetarum heroicorum legẽdum videri ἴνικα, alium sequebar sensum, quàm cum de quo mox dicam.

V.298. Παρθενικαὶ] Si pro παρθενικαὶ reponatur παρθενικῆς, sententia multo

& clarior

& clarior erit & aptior: neque nomen ἥλικα mutare oportebit. Intelligemus autem παρθενικῆς de illis virginibus filiabus Boreæ, quarum facta fuit in versibus proximè præcedentibus mentio.

Ibidem. -ἰούλῳ] Seruari non potest ἰούλῳ, sed in ἰούλου aut ἰούλων mutare necesse est. pluralē tamē numerum malo: quia verisimile est, quū ἰούλω scriptum esset omissa litera ν, postea temerè subscriptum fuisse ι illi ω, vt fieret datiuus. Elegantissima certè periphrasi dicit τὴ πρώτην ἧρος ἰούλων, id est, primam messem lanuginis. Persequendo autem illum de virginibus illis filiabus Boreæ, & de iuuenibus qui eas deduxerunt sermonem, vt ostendat eas nunquam esse ἀνηλίας, mentionem facit cuiusdam honoris qui inter alios ipsis habeatur: scribens, hoc esse apud Deliacas virgines solenne vt quum nuptiarum tempus aduenerat, ipsæ quidem æquæuam comam illis tribus παρθενικῆς virginibus, at pueri primam lanuginis messem iuuenibus seu adolescentibus qui tres illas virgines deduxerunt, consecrent, offerendo tanquam primitias. Possumus autem fortasse ἥλικα & primæuam interpretari, quanuis æquæuam propriè significet: quòd quum æquæua sit, simul etiam est primæua.

V.302. -οὔτ' ἄψορον] Post ἄψορον delenda est stigme, vt dicatur, ἕστηκε καταλείπει σι οὖν σωπαλιὼ οὔτ' ἄψορον, ἀλλ' αἰὲὶ ἀμφιβάλλετο. sed post ἀμφιβάλλετο aliud interpunctionis genus ponendum fuerit: quum velut ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς dicantur hæc, Οὖν σωπαλιὼ, &c. Coniunguntur autem accusatiui σωπαλιὼ & ἄψορον, referendo σωπαλιὼ ad cantica, ἄψορον autē ad choreas. q.d. nec strepitu chorearum carentem. Non video autem cur σωπαλιὼ (tanquam Dorico more posito α pro η) potius quàm σωπηλιὼ, dicere Callimachus debuerit: & quidem hoc loco potius quàm in alio, vbi hęc ipsa copulat: nimirum hymno in Apollinē, non procul à principio, Μήτε σωπαλιὼ κίθαριν μήτ' ἄψορον ἴσχειν τοῦ Φοίβου τὰς παῖδας ἔχειν ὀθνηίσαντες. qui locus probat etiam quod de significatione illorum adiectiuorum dixi.

V.319. 320. -ἀλλὰ τὰ λαῖφη ἕλκες ἐστείλαντο] Vela seu carbasa contraxerunt, seu collegerunt. vt Maro dicit, *Colligere arma iubet.*

V.321. Γεὶν μέγαν ἢ σέο βωμὸν ὑπὸ πλην.] Vide Hesychium vbi exponit quid sit Δήλου κακὸς βωμός.

V.323. Χεῖρας ὑποστρέψαντας] Repono ὑποστρέψαντες.

V.324. -καὶ Ἀπόλλωνι γελασσὺν.] Non minus παίγνια quàm γελασὸν referre oportet ad datiuum Ἀπόλλωνι. est enim traiecta coniunctio, pro παίγνια καὶ γελασὺν Ἀπόλλωνι κομιζοντα. Sic traiicitur à Tibullo cōiunctio *que* hoc in versu, *Messalam terra dum sequiturque mari.*

V.vlt. -καὶ ὧδ' ἐλοχεύσατο Λητώ] Si χαίροι ad Λητὼ referendum putemus, scribēdum erit, καὶ ἣ ἐλοχεύσατο Λητώ. vt saluere iubeatur & Apollo, & mater eius Latona. Retinendo autem hanc lectionem, saluere iubebitur & Apollo, & cum eo Diana, quam peperit Latona.

IN HYMNVM QVINTVM, qui est in LAVACRA PALLADIS.

V.3. -καὶ ἁ θεὸς ὕπνους ἔρπει] Ponitur ὕπνους pro ὕπνῳς: aut certè est à πύος, vnde & πυίζω. Videtur autem significari Bene ornata.

V.10 Ἀνασσάμα] Nihil est necesse geminare literam σ, in hac voce. & rectè in alio huius hymni loco non gemmatur hac in editione, sicut in aliis.

V.27. -αἰέδραμε περῖον] Politianus περῖον iungit cum sequentibus.id est, ad sequentia refert. Ita enim hunc locum vertit,

O pueræ, emicuit rubor illico, matutina
Quem rosa, quem grano Punica mala ferunt.

Ac malim certè eum hac in re sequi, quàm περῖον cum ἔρυθος iungere: vt interpunctio quæ est post περῖον, ponatur post αἰέδραμε.

V.29. -ἄρσην πεπαίσατο μωῦον ἔλαιον] Non video cur interpres ἄρσην exposuerit καθαρὸν & ἄμικτον. quum manifestum sit ἄρσην (id est masculum) vocari quod virile est, & mares animos (vt loquutus est Horatius) decet: quum contra vnguenta eos omnino dedeceant. Verùm καθαρὸν & ἄμικτον quũ dixit scholiastes, ad significationem vocis ἄρσην non respexit, sed fortasse intellexit, id quod ἄρσην vocatur, debere esse καθαρὸν & ἄμικτον, id est, cui nihil vnguenti esset admixtum.

V.70. -λυσαμένα πρόιας] Nisi λυσαμένα esset in duali, scribendum fuisset λυσαμένᾳ.

V.87. -πίνον ἄλασι] Apud scholiastem in præced. edit. legitur ἄλασα, quod ad πίνα referendum esset. sed ipsum legisse ἄλασι, ostendit eius expositio: nec certè video quomodo πίνα dici ἄλασα possent. At πίνον ἄλασι ita dicitur vt φίλε πίνον ab Homero, respiciendo ad significationem vocabuli, non ad genus. Rectius autem πίνα scriberetur, & quidem ita scribendum esset, si vbique hîc Dorica scriptura poneretur: quod in multis vocibus fieri non videmus.

V.91. Ἦ μεγάλ' αἰτ' ὀλίγων ἐπεμέξαο] Magna pro paruis exegisti. Id est, Magnam mercedem pro re parua tibi persolui voluisti. Politianus non satis expressisse videtur sensum, ita hos versus reddens,

Magna nimis paruis mutas, quæ lumina nati
Pro æruis paucis dorcadibúsque habeas. (perperam autem *qui* in edit. Basil. legitur pro *quæ*) Ego malim ita,

Magna rei paruæ meraes, quum lumina nati
Pro æruis paucis dorcadibúsque rapis.

Malè autem in præced. edit. scriptum est ὀλέσας, pro ὄλεσσας. alioqui enim non masculino sed fœminino participio vtendum fuerat, sed hoc versum ingredi non potuisset.

V.94. -γεραῶν οἶπτον ἀνδοιδάων] Affertur & alia lectio, οἶκτον, quam malim. Iungo autem ἀ, quod est in proximè præcedente versu, cum μάτηρ, hoc modo, ἀμφὶ μάτηρ θρεληλαδέουσα τὸν παῖδα ἀμφοτέραις χερσὶ ἔχει οἶκτον ἀνδοιδάων γεραῶν. pro οἷός ἐστιν ὁ περὶ ἀνδοιδάων. vt hic sit totius loci sensus, Mater ambabus manibus charum filium complexa, in tali luctu qualis est aëdonidum, versabatur. Sed quũ particula ὡς duobus in locis ponatur, fortasis in alterutro pro alia irrepsit.

V.116. Δεξῆται] Apud Politianum est λεξῆται: agnoscitque in sua interpretatione hanc lectionem, -*sed enim nemora omnia lustrans Dum genetrix nati colligat ossa sui.* Ipse quoque hanc lectionem in locum alterius reponendam esse puto. Dicunt autem Latini & Legere ossa eius qui mortuus sit.

V.130. -μεγάλῳ πήμος ἀγησίλα] Eadem significatione qua ἀγησίλαος, dicitur etiam ἀγησίλας: quæ terminatio magis conuenit linguæ Doricæ.

V.136. -ὦ κε οἱ ἀ δυγάτηρ] Malim, ὥ κε ἑὰ δυγάτηρ, vt annotaui in editione huius poetæ, quæ heroicos poetas habet.

V.141. -καὶ ἐς πάλιν] Non videtur posse de hac lectione dubitari, quin sit germana. Legitur tamen & in Flor. edit. & in Aldina, ἐς πάλιν. Videndum autē an dici posset ἐς πάλιν eo modo quo dicitur ἐς αὖθις, vel coniunctè ἐσαῦθις.

IN HYMNVM SEXTVM, qui est in CERERE M.

V.3. -χαμαὶ ϑεασῆϑε βίβαλοι.] Non videtur posse admitti hæc vox ϑεασῆϑε, quũ neq; Sedete, neque Spectate possit significare. affinis est alioqui & ei quæ illam, & ei quæ hanc significationem habet, ac velut in medio posita. Sed etiamsi pro Sedete posset intelligi, ne reciperetur, obstarent accusatiui præcedentes, τὴν καλαθον καπόντα. alioqui enim accusatiuum absolutum esse oporteret pro genitiuo, καπόντα pro καπόντες. vt modò dixerat τῶ καλάθω καπόντες. Hũc tamen accusatiui vsum aliquando Græcos scriptores sibi permittere fateor: sed præterquam quòd durior hîc quàm aliis in locis esset, non verisimile fuerit, poetam, quum vsus esset genitiuo, fuisse mox vsurum accusatiuo loco genitiui eadem in re. Ac ne illud quidem placet quod olim ad defendẽdam seu excusandam lectionem illã ϑεασῆϑε excogitaueram, de verborum ordine mutato: perinde ac si dictum esset, χαμαὶ ϑεασῆϑε βίβαλοι, μηδ' αὐγάσασϑε ἀπὸ τῆ πίτυος μηδ' ὑφόϑι τὴν καλαθον καπόντα. Quid igitur hoc de loco dicẽdum est? ex ϑεασῆϑε faciendum esse ϑεᾶϑε, aut etiam ϑάσϑε, pro Spectetis. vt apud Theocritũ ϑᾶσϑαι legitur pro Specta.

V.4. -μηδ' ὑφόϑι αὐγάσασϑε] Post verbum αὐγάσασϑε ponenda non est πλεία στιχὴ, quum ad ipsum referantur ea quæ sequuntur.

V.5. -μηδ' ἃ καπχεύαν χαίτας] Non puto καπχεύαν χαίτας esse Quæ perfudit capillos, sed potius Quæ effudit capillos, seu Diffudit: vt dixit Maro, -*dederátque comam diffundere uentis.* Hoc autem dicit Callimachus de puellis quæ passis capillis, seu sparsis (vt etiam loquuntur interdum Latini) calathum sequebantur.

V.6. Μηδ' ὄχ' ἀφ' αὐαλέων (vel ἀπ' αὐαλέων) σμάπων πίνωμες ἄπασι] Videndũ annon legẽdum sit Μὴ πόκ' ἀφ' αὐαλέων. Alioqui sequendo hanc lectionem ὄχ', esse videtur subaudiendum αὐγασώμεϑα cum μηδὲ, ex præcedẽte αὐγάσασϑε. At si legamus ὅ κ', vt sint duæ voces, iungendum erit μηδὲ cum πίνωμες (id est Neu spuamus) & tũ deerit verbum quod cum ὅ κ' aptemus. At scribendo Μὴ πόκ' ἀφ' αὐαλέων, &c. omnia huiusmodi incommoda vitabimus.

V.10. -ἔστ' ὄϑι δυσμάς] Id est, Vsque ad occasum, pro δυσμαί.

V.54. Ταῦτα δ' ἐμὸν ϑασῆ στεγανὸν δόμον] Scribo ϑασί, quia puto esse Doricè dictum pro ϑῆσι. vt ϑῆσι στεγανὸν idem valeat quod πιήσι στεγανόν. id est στέξει. Hæ arbores (inquit) reddent domum meam tectam. id est, vsui erunt ad tegẽdam domum meam. At si ϑασῆ retineatur, non video quî possit exponi Cernes.

V.61. -αἰαλγαία γὲ πόντο Διαπρηλὼ ὑπὸ χεῖρα] Intelligo, Necessitati parebãt, quum essent sub domini sui potestate, ita vt eius imperium detrectare nullo modo possent.

V.76. Οὐκ ἐνδοῦ.] Doricè pro ἔνδον. ideóque intelligendum est responderi, Non est intus, Non est domi. Quòd si verba illa, οὐκ ἐνδοῦ, admittere possent hanc interpretationem, *Non opus esset*, multo tamen illa esset aptior.

V.83. Πίνδου ἀν' ἰδάγκιαν] Repono Πίνδου. & interpretor ἀν' ἰδάγκιαν Πίνδου, in pulchris vallibus Pindi montis, vel In pulchro cliuo, & amœno..

V.89. -καπὰ δ' ἐξάλμεν χαλὼ] Omnino suspectum mihi est verbum ἐξάλμεν: sed quod in eius locum possim substituere non inuenio: quum nec ἐξάλετο, nec ἐξέλμεν, proponere audeam.

V.129. -παὶ ἀπλέως] Lectio margini adscripta ἀπλέως in Ald. & Frob. edit. extat: quum tamen vel ἀπλέως Doricè, vel ἀπλέως communi lingua di-

cendum sit. nominatiuus enim singularis ἀπλεῖτος omnibus notus esse potest, in vtroque genere: at verò ἀπλείτη non dubito quin omnibus sit inauditum.

V. 130. Ταὶ δὶ πλειοφοείας] Nullo modo pati mihi videtur Græcæ linguæ consuetudo vt πλειοφοείας pro adiectiuo accipiamus quod ἀπλείτοις opponatur: vt nimirum illud vocabulum, Initiatas, sicut hoc non initiatas, significet. Non dubito igitur quin ταῖδι scribendum sit, vt sit genitiuus Doricus pro τῆσδι, qui aptè cum πλειοφοείας, genitiuo itidem nominis substantiui, iungatur. Tunc autem expungenda fuerit interpunctio post ἀπλείτως, vt dicat ταὶ ἀπλείτοις τῆς πλειοφοείας, sicut legimus ἀπλείτος τᾷδ' ὀργίων. Sunt porro πλειοφοείαι & Apollonio Rhodio αἱ πλειταί.

V. 133. Ὧς ἄλις ὡς αὐτὰ ἱκανὸν γόνυ] Nullum possum ex his verbis aptũ sensum elicere, nisi pro αὐτὰ substituam αὐτᾶ, genitiuum Doricum, pro αὐτῆς. Sic autem scribendo, videndum annon exponi possit, Nam satis est deæ Cereri eas comitari se eò vsque quò genu earum peruenire potest. Sed in proximè præcedente versu post ἄλγει ponenda erit plena interpunctio.

V. 134. -καὶ ὡς ποτὶ γνὸν ἵκωνται] Puto ἐλλεῖπειν hîc particulam ἐὰν, quam subaudiendam reliquerit: vt sit sensus, Ceres omnia illis cumulatè dabit, & tanquam si ad ipsum vsque templum venerint. Id est, non secus acsi ad templum vsque se comitatæ essent.

Annotationibus in hymnum tertium, qui est in Dianam, addenda hæc in versum 177, Ἦ γὰρ κεν γυαί τε καὶ αὐχένα κεκμηκυῖαι] Neque hanc lectionem, neque illam quæ margini adscripta est, posse defendi existimo: ideóque nec γυαὶ, nec γυῖας retineo, sed γυῖα scribo. vt autem versus hanc vocem possit admittere, particulam καὶ illi præpono, pro vocula τε quæ illi hîc postponitur: ita scribēs totum versum, Ἦ γὰρ κεν καὶ γυῖα καὶ αὐχένα κεκμηκυῖαι. Simul enim pro Ἦ est scribendum Ἦ̃, initio versus. Item Annotationibus in hymnum Deli, qui est quartus, adde, in versum 115, videri scribendum μουῶσι pro μουῶσι. quam emendationem proposui iam olim in mea editione Poetarum principum heroici carminis. In scholiis autem, pag. 25, post hæc verba, ἀπορρίπτει, adde, ἄχλυν] ἀφρόν.

CALLIMACHI HYMNVS PRIMVS,

qui est in IOVEM,

Ab Henrico Stephano carmine redditus, adstricta interpretatione.

QVID Iouis in sacris potius quàm Iuppiter ipse
Canetur? magnus semper, rex semper & idem?
Terrigenûm expulsor, cœlestis & arbiter aulæ?
Sed quid? Dictæum cantabimus, ánne Lycæum?
Hic mihi mens hæret, quia disceptatur origo.
Iuppiter, Idæis memorant te montibus ortum,
Ast alii Arcadicis. mentiti sunt, pater, vtri?
Creta vsque est mendax. struxit tibi Creta sepulcrum:
At non mortuus es, nullus cui terminus æui.
Certè in Parrhasia Rhea est te enixa, comabat
Qua mons parte magis, virgultáque densa tegebant.
Est locus inde sacer: Lucinæque indiga nulla
Hunc fera nec mulier subeunt. hunc Apidanenses
Inde puerperii Rheæ de nomine dicunt.
Hîc te vtero mater quum deposuisset ab amplo,
Quærebat latices viuos, abstergere partus
Posset vti sordes, posset tua membra lauare.
Non Erymanthus adhuc vitreas ostenderat vndas,
Nondum ingens Ladon: sed tota humore carebat
Arcadia, illa quidem quondam peraquosa futura.
(Tempore nam soluit quo Rhea puerpera zonam,
Permultas quercus liquidus gestabat Iaon,
Multa super Melanem decurrere plaustra solebant:
Cariona super multæ, licet humidus esset,
Ponebant sua lustra feræ: sitiénsque viator
Calcabat tum Crathin, arenosúmque Metopen:
Copia sub pedibus tamen vndæ multa iacebat.)
Nescia quid faciat sic tandem Rhea profatur,
Tu quoque mi Tellus parias: facilis tibi partus.
Dixit, & extento grandi in sublime lacerto
Percussit montem sceptro. dississus hiatu
Magno, effudit aquas laté. quibus abluit, ô rex,
Illa tuum corpus: pannis te inuoluit, in antrum
Ferre dedítque Nedæ Cretæum, alteris vt illic

Ignotus.nymphis hæc maieſtate verenda
Præ cunctis, mater quibus obſtetricibus vſa eſt:
Omnibus & ſenior,præter Styga Phillyrámque.
Parua relata nec eſt huic gratia.nam dea flumen
Nomen habere Nedæ iuſſit.nunc agmine magno
Vrbem Cauconum, Leprion quæ dicitur,ambit:
Inde mare ingreditur.nec limpha vetuſtior hac eſt
Vlla Lycaoniæ potanda nepotibus vrſæ.
Iuppiter alme,Thenis te Cnoſſum nympha relictis
Dum portat(Cnoſſo fuit vrbs vicina Thenarum)
Omphalos eſt lapſus: (tibi decidit vmbilicus)
Omphalium campo hinc nomen tribuere Cydones.
Dictææ hîc Meliæ,Corybantum turba ſodalis,
Sunt te amplexæ vlnis: cunis ſopiuit in aureis
Adraſtea. dehinc ſuxiſti pinguia capræ
Vbera Amaltheæ:dulcem mel præbuit eſcam.
Nanque apis Idæis cœpit Panacræa repente
Montibus exercere artem,Panacris quoque dictis.
Curetéſque ſuam circum plauſere choream,
Armáque pulſarunt:clypeûm ſonus vt patris aures
Saturni,non vox vagitus vlla feriret.
Mox bene nutriti moles bene corporis aucta eſt,
Iuppiter,éſque cita ornatus lanugine malas.
Verùm ætate,puer,digna es meditatus adulta:
Atque ideo fratres, quanuis prior his foret ortus,
Haud ſedem inuidere tibi ſtellantis olympi.
Dictáque priſcorum non ſunt veracia vatum,
Saturni hæc natis ſortem tria regna dediſſe.
Nam cœlum atque erebum quiſnam committere ſorti,
Qui ſana ſit mente,velit? nam æqualia quæ ſunt
Sors partitur:at hæc diſcrimen ſeparat ingens.
Mentirer quæ aures alicuius credere poſſent.
Non ſors te regem diuûm ſed dextera fecit,
Víſque tua,& Robur,ſolio quod ſemper adhæret.
Iuſſiſti alituum tua ferri à principe tantùm
Auguria(eſſe meis quæ fauſta precabor amicis)
Quódque homines inter ſupereminet,id tibi ſumis:
Non equidem nautam,non vatem,aut bella gerentem.
Verùm iſtos diuûm curam ſinis eſſe minorum,
Nempe aliorum alios:tu verò deligis illos
Queis parent vrbes,miles quibus atque colonus
Moriger & remex. (dominantibus omnia cedunt.)

Hinc est quòd fabros, Vulcani dicimus esse,
Armigeros, Martis: venatoréſque, Chitones
Dianæ: Phœbi esse lyram pulsare peritos.
Ab Ioue sunt reges. nihil est diuinius vsquam
Regibus. ergo tuo his tribuisti iure potiri:
Atque dedisti vrbes tutari, dum arcibus ipse
Aspicis è summis populo qui legibus æquis
Imperitent, vel qui iniusto moderamine regnent.
Atque bonis illos multis opibúsque beasti:
Illos certè omnes, æquè haud tamen. en mihi regis
Exemplum nostri. nanque hic longè omnibus anteit.
Sole cadente facit solis quæ cogitat ortu:
Magna quidem: sed parua facítque & cogitat vná.
Anno alii quædam, quædam vix pluribus. & sunt
Quos facere haud tu magna finis vel voluere mente.
Supreme ô salue Saturnie, cui bona cuncta
Debeńurque salus. ecquis tua gesta referret?
Haud quisquam est, vel erit. Iouis ecquis gesta referret?
Salue iterum pater: esto dator virtutis opúmque.
Prouehere haud possunt vel opes virtute carentes,
Vel virtus sola. esto dator virtutis opúmque.

CALLIMACHI HYMNVS IDEM,

AB EODEM HENRICO STEPHANO carmine redditus, libera & paraphrastica interpretatione.

SACRA Ioui facimus. quod poscunt hæc sacra carmen?
Quod potius quàm quo celebretur Iuppiter ipse?
Iuppiter, est cuius summa atque immensa potestas,
Cuius regno vllam statuunt haud tempora metam:
Ille, cohors audax cui debellata gigantum,
Ille, à quo tot cœlicolis ius dicitur vno.
Vtrum illi nostro tribuetur carmine nomen?
Dictæúmne illum cantabimus, ánne Lycæum?
Hîc sum animi dubius. de te volo vera referre,
Verùm fama tuis est de natalibus anceps.
Idæos tua nosse alii cunabula montes
Contendunt, aliis illorum conscia fertur
Arcadiæ tellus. vtris præbebimus aurem?
O pater, horum vtri nobis mendacia iactant?

Verùm ex te quid ſcire adeò manifeſta laboro?
Eſſe equidem Cretam rectè dixêre priores
Mendacem ſemper. mendaci audacia linguæ
Tanta eſt, vt tumulo te dixerit eſſe repoſtum
Quem fabricata tibi eſt: quum non ſis lumine caſſus,
Imò nihil mortale geras, ſed perpetis æui
Ius teneas, ſpernáſque trium nigra fila ſororum.
Quum verò mentita tuum ſit Creta ſepulcrum,
Nec de ortu res mira tuo vana eſſe loquutam.
Vera ego, vera canam de te, dubitandáque nulli.
Nempe in Parrhaſia partu te Rhea beato
Edidit, illius montem quâ multa tegebant
Dumeta, & denſis ſuberant quâ frondibus vmbræ.
Religione ſacer locus hinc perhibetur auita:
Huc inferre pedem ſolenni lege vetatur
Tam fera, quàm mulier, Lucinæ quæ indiget artis.
Ex re nomen habet: dixêre Lechæion illum
Apidanes, quòd ibi ſit facta puerpera Rhea.
Hîc te vtero genitrix exactis menſibus amplo
Poſtquam depoſuit, ſua partem vertit in omnem
Lumina continuò, fluuiales ſicubi cernat
Vndas, queis partus ſordes abſtergere poſſit,
Atque tenella ſimul poſſit tua membra lauare.
Sed vena nondum manabat diuite Ladon,
Non Erymanthus erat nitidis pulcherrimus vndis:
Arcadia haud vlla tunc non erat arida parte,
Verùm habitura tamen pòſt paulo nomen aquoſæ.
(Nam Rheæ ex vtero quo tempore prodiit infans,
Permultas liquidus quercus portabat Iaon,
Et Melanem plauſtrorum onerabant pondera multa,
Cariona ſuper, quanuis latitantibus vndis
Subter, ſæpe feræ ſua multæ luſtra locabant.
Tempeſtate illa Crathin ſuper atque Metopen
Fauce aliquis carpebat iter ſitiente viator,
Eſſe ſuis multam ſub plantis neſcius vndam.)
Ergo hîc quid faceret poſtquam multúmque diúque
Anxia Rhea fuit, tandem ſic ora reſoluit,
Me ſicut peperiſſe vides, chariſſima Tellus,
Tu quoque fac parias. à te nil poſtulo magni.
Hoc concede: tibi res nanque facillima partus.
Pauca loquuta licet non eſt Rhea paſſa repulſam.
Vix bene finierat, quum ſceptrum impingere monti

Sublato

Sublato cœpit magno dea magna lacerto.
Nec verò est diuæ mons iussa capessere segnis,
Inque duas vasto partes se findit hiatu.
Vt via facta vndis, erumpunt agmine magno.
Hîc compos tandem voti tibi sedula mater
Flumine perfudit corpus, pannísque decenter
Instrauit. vocat inde Neden (venerabilis omnes
Nymphas inter erat, fuerant quæ munere functæ
Obstetricum illi. necnon & maxima natu
Hæc erat, exceptis tantùm Styge Phillyráque)
Te iubet vt properè Cretæum portet in antrum,
Secretóque illic te rex committit alendum.
Ac non officii mox diua rependere grates
Immemor, illius fluuium de nomine sancit
Nomen habere Neden, qui præterlabitur vrbem
Cauconum Leprion, vastóque ibi gurgite pontum
Ingreditur, ditátque illum socialibus vndis.
Atque Lycaoniæ sunt qui vrsæ cunque nepotes
Haud potant limpham quæ fama antiquior vllam.
Dum iam nympha, deæ properans mandata viámque,
Te, pretiosum vlnis, rerum lætissima, pulchris
Et charum gestaret onus: dúmque vrbe Thenarum,
Die infans, Cnossum iam portarêre relicta:
(Paruum autèm iungebat iter Cnossúmque Thenásque)
Decidere in campo tibi contigit omphalon illo.
Résque vt testata hæc per sæcula longa maneret,
Omphalium dici campum voluere Cydones.
Ecce, propinquabas iussis iam sedibus ô rex,
Quum Meliarum ad te propero venit obuia gressu
Dictæarum omnis turba (hæc Corybantibus vsque
Iuncta sodalitio) voce exultante salutans:
Certatímque sinu nunc hæc nunc excipit illa.
Verùm Adrastea (Corybántum quippe sorori)
Est soli concessus honos te posset vt aureis
Ponere tum in cunis, cantu compescere posset
Vagitum vt dulci, mollémque adducere somnum.
Nulla sed vt tanto sese iactaret alumno
Vel dea, vel mulier, tibi præbuit vbera capra
(Vbera lacte gerens semper distenta recenti)
Nomine Amalthee. sed capræ cessit alendi
Non laus tota tui: debetur gloria parte
Ex aliqua (quod non minus est mirabile dictu)

Florilegis apibus. nanque harum examina multa
Idæis tibi sunt in montibus orta repentè,
Nomine quos alio montes dixere Panacros.
Inde Panacræi semper tibi copia mellis
Magna,cibus tenero fuit hic gratissimus ori.
Nec te cura parum Curetum prouida iuuit,
Bellica te circum quibus est saltata chorea:
Dúmque pedes plaudunt choream,pulsata sonabat
Cassida, pulsati pariter clypéique sonabant.
Tantus vt hic strepitus pàtris contingeret aures
Saturni,penitúsque illas impleret: & ipse
Interea posses vagitus edere tutos,
Non secus hi surdas quàm si ferrentur ad aures.
Educta est equidem mollis tua molliter ætas,
Et pulchrè tibi membra citos creuêre per auctus.
Atque hîc mira loquar.(sed quanuis mira,merentur
Illa fidem.nam quid de te non credere dignum est?)
Cesserat ætati puerili infantia vixdum,
Vestiri cœpêre tuæ lanugine malæ,
Atque impuberibus pubertas adfuit annis.
Nempe ætate puer puerili haud more solebas
Ludere,sed iam tum tibi seria cuncta placebant,
Digna ætate animus iam tum voluebat adulta.
Quùm te annis ergo fratrum superaret vterque,
Non tamen augustas sedes stellantis olympi
Inuidêre tibi:pulcherrima portio cœlum
Concessa ambobus fuit hæc à fratribus vltro.
Nec certè veteres cecinerunt vera poetæ,
Tres Saturnigenas regnis tribus esse potitos
Sortitó.quis enim sorti committat, olympi
Vt regnum teneátve erebi, captus nisi mente?
Arbitra nam quorum nobis sors ponitur, æqua
Esse decet:contrà hæc tanto discrimine distant,
Vt diuersa magis nusquam reperire queamus.
Haud mentiri illos vates tam absurda decebat,
Vsqueadeo nullo veri fucata colore,
Ponderet vt recto iustóque examine siquis,
Deridenda queant mage quàm credenda videri.
Soluere si libeat nostram ad mendacia linguam,
Saltem verba loquar penitus non absona veris,
Et quæ indigna fide confestim haud iudicet auris.
Imperium in diuos haud est tibi, Iuppiter,haud est

Sorte datum:illa tuæ ſed ſumma potentia dextræ,
Víſque tua,& Robur(tibi quod latus vſque iubetur
Cingere,vel ſolio,mandata capeſſere promptum,
Apparere tuo)tribuerunt hoc tibi iuris.
Vtque deûm es princeps, ſic vis à principe ſolo
Alituum in cunctas ferri tua nuntia terras,
Et genus auguriis crebris mortale moneri:
(Auguriis,quæ fauſta vtinam mittantur amicis)
Quíque homines reliquis plus pollent,eſſe tuorum
In numero voluiſti. haud ſunt tua turba,periti
Armorum,aut nauis ſi qui moderantur habenas,
Aut qui dulciſona modulantur carmina voce.
Sed ſub præſidio diuûm hos finis eſſe minorum,
Cuique ſuos mandans,quorum ipſi cura geratur:
Ipſe tibi legiſti illos,grex vt tuus eſſent,
Oppida queis parent, quibus eſt conceſſa poteſtas
In nautas,in ruricolas,bellíque peritos:
Illos quorum omnes cedunt atque omnia dextræ.
(Nam ſibi ſuppoſitum quid non dominator haberet?)
Partitis ecce officiis, data cura fabrorum
Mulcibero: fabros deus hic fouet atque tuetur.
At quibus arma placent,illis in vota vocatur
Gradiuus: diui ſunt huius numine tuti.
Chitones autem nos dicimus eſſe Dianæ,
Qui gaudent agitare feras.formoſus Apollo
Præſidet his per quos concordant carmina neruis.
At verò reges ſunt ab Ioue.regibus vſquam
Haud magis eſt quicquam diuinum.regibus ergo
Ipſe tuas etiam es dignatus tradere partes.
Atque vrbes illis tu cuſtodire dediſti,
Interea ex ſummis deſpectans arcibus & qui
Imperio populos iuſtò & ſapiente coercent,
Et quorum ſine lege ruit ſine iure poteſtas.
His & opes cumulaſti opibus: genus omne bonorum
Omnibus es largitus:at omnibus haud tamen æqua
Menſura es partitus opes.exempla petantur
Noſtro è rege licet.reliquis nam regibus ille
Anteit,immenſum reliquos ſuperemínet omnes.
Solis in occaſu regi huic effecta videmus
Omnia quæ fuerit ſolis meditatus in ortu.
Imò ea duntaxat poſſunt quæ maxima dici,
Occaſum ſolis non cernimus ante peracta:

Siqua minora, illis certè mora nulla, ſed hora
Pectore voluuntur ſimul & peraguntur eadem.
Regibus aſt aliis toto ſæpe eſt opus anno:
Sunt etiam quæ non vel totus perficit annus:
Sunt alii quos cœpta finis perducere nunquam
Optatum ad finem, ſunt mens quibus ipſa labaſcit.
O Saturnigena, cuius ſupra omnia tendit
Maieſtas, ſalue: cuius bona munere cuncta:
Cuius, & incolumes quòd ſimus, munus habemus.
Quis tua geſta canat? cui tantæ in carmina vires?
Nec cantare potis quiſquam fuit illa repertus,
Poſtera nec quenquam qui poſſit ſecla videbunt.
Nam cantare Iouis magni quis facta valeret?
Salue iterum pater atque iterum, & largire quod opto:
Virtutem comitatam opibus largire benignus.
Euehit haud virtute carens opulentia quenquam,
Atque carens opibus virtus haud euehit vllum.
Sis dator ergo, precor, pariter virtutis opúmque.

CALLIMACHI HYMNVS

IDEM IN IOVEM, à B. Vulcanio redditus.

QVID potius cantem Iouis ad libamina, quàm te
Cui, deus, est rerum summa atque æterna potestas,
O superûm rector, debellatórque gigantum?
At cui te tribuam, Dictæ, pater, ánne Lycæo,
In dubio est animus. neque enim mens omnibus vna
De patria est ortúque tuo. sunt Arcada qui te
Esse velint: alius nemorosæ in vallibus Idæ
Progenitum contendit. vtros sententia fallat
Da pater. at certè mendax est vaniáque Creta.
Nam tibi mausolum, rex maxime, Creta locauit,
Quum tibi nec Parcæ metas nec tempora ponant.
At te in Parrhasia quâ circum plurima montem
Virgulta assurgunt, partu dedit inclyta diuûm
Rhea parens. sacer hinc & religione verendus
Est locus: huic animal nullum succedere fas est
Indigum opis Lucina tuæ, mûl érve súbire
Nulla potest. hinc indigenæ primi Arcades illud
Antiquos Rheæ matris dixêre recessus.
Hîc te diua sinu vitales misit in auras.
Mox laticem poscebat aquæ, quo corpore sordes
Ablueret nati, & teneros perfunderet artus.
Sed neque tu Ladon, nec adhuc Erymanthe fluebas,
Splendidior quouis fluuio, sed sicca iacébat
Arcadia, vndosam dici quam fata ferebant,
Postquam ibi soluisset niueam Berecynthia zonam,
Humidus annosas quercus vbi gessit Iaon,
Et crebrò gemuêre Melam super ardua plaustra.
Multa etiam Cariona super, licet vuidus esset,
Lustra feræ posuêre sibi: sitiénsque viator
Per Crathin carpebat iter scabrúmque Metopen,
Sub pedibus viuos latices vndámque premebat.
Angustis ergo rebus sic diua loquuta est,
Tellus ô parias & tu. neque enim tibi partus
Difficiles veniunt. Dixit, validísque lacertis
Connixa attollens sceptrum dea maxima, montis
Impulit in latus: hic vasto diuisus hiatu

Hinc atque hinc validum subitò dedit agmen aquarum.
Tunc tibi,rex,viuo perfudit flumine corpus,
Membráque purpureo circumuelauit amictu.
Dehinc te diua Nedæ (nympharum maxima natu
Hæc erat è reliquis,queis est concessa fouendi
Cura tui:hæc eadem nata est Styga post Philyrénque
Proxima)Cretęum iussit deferret in antrum,
Exigeres teneros vt clam patre molliter annos.
Nec malè apud memorem diuam stetit officii huius
Gratia.nanque Nedæ fluuium de nomine dixit,
Qui Leprion Cauconum vrbem sinuosus oberrans,
Infert se pelago,quáque ipsa fluminis vnda
Nulla per Arcadiam est antiquo notior vsu.
Deinde Thenis abiens quum te pater optime Cnossum
Deferret Neda nympha,(Thenis contermina Cnossus
Vrbs erat)hîc felix tibi decidit vmbilicus.
Omphalium ex illo campum dixêre Cydones.
Hîc te quæ socias sese Corybantibus addunt
Dictææ Meliæ gratæ excepêre per vlnas.
At placidam infudit per mollia membra quietem
Adrastea tibi,cunísque locauit in aureis.
Tu quoque Amaltheæ suxisti pinguia capræ
Vbera,& edisti longè dulcissima mella,
Quæ tibi apes,florum properè capita alta legentes,
Stipabant Idæo in monte.hinc dicta Panacra.
Tum choreas Corybantes agunt,quatiúntque vicissim
Arma viri,vt patris clypeûm sonus occupet aures,
Ne qua vagitus teneri se prodere possint.
Sic habitus,facilè excresti,subitóque adolesti,
Et teneras propera ornasti lanugine malas:
Consilíisque puer magnis grauibúsque vigebas.
Ergo etiam fratres,quanquam illis grandior ætas,
Nequaquam inuidêre tibi cœlestia regna.
Vanáque priscorum in primis sententia vatum est,
Qui triplices,natos Saturni,habitasse putarunt
Sorte datas sedes.at quis nisi stultus & excors
Sortiri cupiat supera inter & infera regna?
Nam nisi de paribus non fit sortitio rebus,
Ast hæc immenso inter se discrimine distant.
Mentirer factura fidem quandoque legenti.
Non dubiæ sortes,sed dextræ audacia facta,
Et virtus robúrque,pari quod sede locasti

Te iuxta, fecêre deûm cœlíque potentem.
Tu dominam volucrum legiſti, quæ tua ferret
Auguria. illa meis vtinam dextra adſit amicis.
Atqui homines inter, quorum eſt ampliſſimus ordo,
Hos tibi ſumpſiſti: non queis res nautica curæ eſt,
Non clypeo manibúſq; bonum, non carmine doctum:
Aſt horum per te data cura minoribus eſt diis,
Propria cuique ſua. at tu, quibus oppida curæ
Principibus gaudes, quorum patiénſque colonus
Et remex, pugnáque ſciens, ſimul omnia tandem
Imperio ſubſunt. Nam quid ſub principe non eſt?
Quin & Mulciberi fabros cantare ſolemus,
Armigeros, Martis: venatoréſque, Dianæ:
Et Phœbi, doctos cantúſque lyræque poetas:
Ab Ioue ſunt reges. neque enim diuinius illis
Eſt quicquam. Hinc adeò in terris tua munia reges
Exercere facis, tuáque oppida ſancta tueri:
Túque ſedens vrbis celſa ſublimis in arce,
Obſeruas qui iure viros contráve gubernent.
Hos rerum affluxu ornaſti & prædiuite gaza.
Non tamen ex æquo cunctos. rex noſter abundè
Exemplo eſt: nam longè alios ſupereminet omnes.
Conficit hic labente die, quæ mane rubente
Sunt concepta animo. verùm hæc ſint magna neceſſe eſt
Quæ labente die: leuiora negotia quippe
Ocyus exequitur quàm cogitat. annus in orbem
It multis: ſunt queis neque ſufficit integer annus.
Sunt alii quos tu exoptato fine potiri
Non pateris, turbans curas atque irrita vota.
Salue Saturni ſoboles, quíque omnia ſupra es,
Largitor cuiuſque boni, auerſórque malorum,
Quis tua facta canat? non is fuit aut erit vnquam.
Quis celebrare potis magni ſit facta Tonantis?
Salue iterum pater atque iterum. Virtutem & opes da.
Nuda opibus virtus & opes virtutis egenæ
Sat decorare viros nequeunt. Virtutem & opes da.

CALLIMACHI HYMNVS TERtius, qui est in DIANAM.

FRANCISCO FLORIDO SABINO interprete.

DIANAM (neque enim decet hanc transire canentes)
Dicamus, studiosam arcus cædisque ferinæ,
Multiplicisque chori, & versantem in montibus altis.
Hinc orsi, patriis vt nata puella prehensis
Poplitibus, magnum sic est affata tonantem,
Virgineum decus æternùm da posse tueri:
Nomina multa Pater da, ne mihi certet Apollo.
Spicula præterea concede, arcúmque. pharetram
Non peto, non magnos arcus: (mihi nanque sagittas
Cyclopes facient quamprimùm, arcúmque sequentem,
Sed lucem ferre, & genibus succingere vestem
Pulchram, prompta feras vt agrestes perdere possim.
Da teneras sexaginta Oceanitidas, omnes
Nonum annum natas simul incinctásque puellas.
Viginti Cressas nymphas mihi trade ministras,
Quæ mihi, cùm lyncas, cùm ceruos figere mittam,
Velocésque canes curent, pictósque cothurnos.
Da montes cunctos, atque vrbem his adiice quam tu
Cunque voles. neque enim assiduè versabor in vrbe,
Montibus insistens: tunc inuisam oppida tantùm,
Quum pariens acres mulier vexata dolores
Senserit, auxiliúmque petet. quando hoc mihi fatis
Concessum, vt grauidis Lucina vocantibus adsim.
Nam mea nec pariens, vteri neque pondera gestans,
Indoluit mater, nullóque enixa dolore est.
Hæc effata, patris mentum tractare puella
Cùm vellet, frustráque manus tendisset inanes,
Cessauit tandem. at ridens pater annuit olli,
Demulcénsque, inquit, Quoniam mihi talia diuæ
Editis, accensæ zelum Iunonis & iras
Non assis facimus. referes quæcunque puella
Poscis, & à facili capies maiora parente.
Ter turrita decémque tibi tradam oppida, quæ nec
Sacra deis aliis præter te, néve deabus
Perficient, & Diana dicentur ab vna.
Multas præterea tibi designaueris vrbes

Aut pelagi medio, aut amplæ telluris: vbique
Vt tibi cum lucis aræ sint: ipsáque custos
Portubus & triuiis bene sis nota. Hæcce locutus
Annuit, illa patris nutu firmata, profecta est
Cretensem ad Leucum, cui densæ in vertice syluæ:
Hinc petit Oceanum, & nymphas capit inde frequentes,
Nonum annum natas simul incinctásque puellas.
Cæratus exultat fluuius: Tethys quoque natas
Dianæ charas gaudet tribuisse ministras.
Mox duros Cyclopas adit, quos insula habebat
Quam Liparam appellant (Lipara hæc nunc fertur, at olim
Dicta Meligunis) Vulcani incude rotantes
Candentem massam, atque vrgentes magnum opus, ex quo
Neptuni fortes possent potare quadrigæ.
Nymphæ autem timuêre, ingentia monstra videntes,
Ossæis æquanda iugis: queis lumina cunctis
Toruis ardebant nimirum è frontibus, instar
Quadruplicis clypei: strepitúsque incude refusus
Terruit insuetas, emissáque flamina vastis
Follibus: vnde imis tota intonat AEtna cauernis,
Trinacria &, Sicanûm sedes, vicináque tellus
Italiæ, ac magno Cyrnus tremefacta fragore.
At postquam in vacuas elatus malleus auras
Percussit stridens in curua forcipe ferrum,
Pérque vices connixi id pulsauêre Cyclopes,
Tum neque eos nymphæ contra spectare, neque altum
Auribus attonitæ valuerunt ferre boatum.
Nec mirum, si maiores ætate puellæ
Diuorum haud gaudent tales vidisse ministros.
Sic quum parua infans matri parêre recusat,
Ingnatam vocat hæc magno clamore Cyclopas.
Argen, vel Steropen. tunc è penetralibus vnus
Exit Mercurius, carbonibus oblitus atris,
Qui paruam subitõ perterreat. illa parentis
In gremium fugiens, palmis sua lumina texit.
Tertius at tibi vix ô diua accesserat annus,
Quum Latona vlnis te gestans mater, adiuit
Vulcanum, vt caperes pro pulchris munera ocellis.
Tu tamen horrendi residens in poplite Brontæ,
Hirsuto duras capiénsque è pectore setas,
Vellisti: vt pars nunc restet quoque glabra, neque vltrà
Illas producat: veluti damnosa capillos

Quum caput est aggressa hominis, populatur alopex.
Sumptis indę animis, sacro sic ore locuta es,
Arcum Cyclopes mihi iam properate: pharetram
Ex humero nobis quæ pendeat, atque sagittas:
Latona quoniam sum creta, vt Phœbus Apollo.
Quòd si parua meos arcus fera senserit, aut si
Maior contigerit, Cyclopibus esca feretur.
His dictis opus exactum est: armatáque diua
Continuò ad catulos versa es, Panósque Lycęi
Arcadicum limen, qui lyncem in frusta secabat
Mænaliam, canibus fœtis alimenta daturus.
Distinctíque canes albo duo dantur ab illo,
Trésque tibi auripetæ: varius tantùm vnus eorum
Tergora si sæui cepisset quisque leonis,
In stabulum viuum traheret. septem Arcades istis
Adduntur, cursu ventos qui vincere possent:
Hinnuleos vt eis caperes, leporémque fugacem,
Histricis aut cerui lustrum monstrantibus, atque
Cognita capreoli vestigia quærere doctis.
Hinc digressa (canes aderant tibi) repperis alto
Parrhasii in montis tumulo salientia passim
Agmina ceruarum (gratum tibi) quæ prope ripas
Nigros voluentis lapides pascuntur Anauri,
Tauris maiores: fulgebat cornibus aurum.
Quas adeo aspiciens, hæc tecum corde volutas,
Conueniens nobis, si prima hæc præda feratur.
Harum (quinque aderant) magna leuitate potita es:
Quattuor absque canum cursu, vt vehereris ab illis:
At quintam, fluuii Celadontis summa petentem.
(Sic voluit Iuno, vt postremis Herculis acta
Frondibus ornaret) Carneus suscipit ingens.
Interimens Tityum virgo, sunt aurea zona
Aureáque arma tibi: currus perfectus & auro est:
Aurea sunt, ceruas queis frænas, diua, lupata.
Sed quónam primùm te corneus abstulit axis?
AEmum in Threicium, de celso vertice cuius
Horrifer inspirat boreas mala frigora nudis.
Vnde tibi fax est concessa? vnde ignis? Olympus
Mysus vtrunque dedit: cui perpetuum iniicis ignem,
Decidit excelsi qualis de fulmine patris.
Flexus sæpe tibi est argenteus arcus: & vlmum
Prima sagitta petit, quercum altera, tertia agrestis

Terga feræ: quartam dimissam non accipit arbor.
Vrbem nanque illa euertis, quæ perdita, quíque
Externum ac ciuem nullo discrimine vexant.
Heu miseri qui te iratam sensêre, Diana.
Horum armenta lues rapit, inde pruinâ labores:
Cum senibus pereunt nati, mulicbria necnon
Agminà seu percussa cadunt, seu dum fuga quasdam
Exercet, pariunt, nil rectum vt constet in illis:
Iam quos iucundo aspexisti & fidere amico,
Terra ferax his est: augentur semper eisdem
Armenta, accrescunt & opes. neque tetra sepulcra
Vnquam adeunt, nisi quum domat illos tarda senectus.
Non genus absumit discordia, (dissipat ædes
Quæ stabiles semper) quum mensa frequentius vna
Pacatas inter se habeat socrúmque nurúmque.
Proinde mihi charus sit quem tu diua foueris.
Isque vtinam (regina) forem: mihi carmina semper
Suppeterent, queis te canerem, matrísque hymenæos,
Et Phœbum fratrem: in primis tua præmia laudum:
Vt te ornent arcúsque cainésque, vt currus, ad ampla
Qui te conspicuam summi fert tecta tonantis.
Tum te in vestibulis diuûm turba excipit: arma
Tum tua desumit Cyllenius: hinc & Apollo
Antè feras capiebat (adhuc non astra tenebat
Strenuus Alcides) sed talia munera Phœbus
Liquerat. indefessus enim Tirynthius heros
Ante fores stabat, si præda qualibet aucta
Pingue deis epulum ferres. risêre sed illi
Cuncti adeo: ante alios risit Saturnia, quandó
E curru ingentem taurum vel tolleret aprum,
Postremis pedibúsque trementia tergora capri.
Alloquitur mox versutis sic te dea verbis,
Sæuas sterne feras, miseris mortalibus vt sis
Qualis ego: ac lepores, capreas quoque per iuga pasci
Alta sine. ecquid enim capreæ meruêre, lepúsque?
Culta sues vastant, plantísque virentibus obsunt,
Humano generi tauri: tu percute cuncta hæc.
Dixit, deinde feram circumstetit, vsque laborans.
Redditus OEteo nam quanuis vertice diuus,
Tanta erat ingluuie, quanta, quum scinderet aruum,
Occurrit Dryopum ductori Thiodamanti.
Ast Amnisiades ceruas temone solutas

Depaſcíque docent ſub eo,ſectúmque triphyllum
E prato magnæ portant Iunonis eodem,
Carpere quod memorantur equi Iouis alta tenentis:
Auratóſque lacus lymphis felicibus implent,
Gratior vt ceruis potus ſitientibus extet.
Tu patris interea lubiens tecta ampla,vocaris
Omnibus à diuis,ad Phœbum at proxima flectis.
Quando erit vt nymphæ dominam te diua coronent,
Fundit vbi Inopus liquidas AEgyptius vndas,
Seu Pitanen iuxta (Pitane & tua) ſeu prope Limnas,
Seu prope Alas Araphenidas,ſediſti vbi quondam
Ex Scythia fugiens taurorum immitia ſacra:
Nulla meæ tunc arua boues proſcindere tentent,
Præſertim ſi ductet eas alienus arator:
Languentes quoniam,demiſſáque colla ferentes
Reddentur ſtabulis:vel ſi Stymphalides eſſent,
Nonō anno terram vertentes:egregiæ,inquam,
Effodere altè agrum:choream quia Delius illam
Non tranſit,ſed ſiſtit equos currúmque nitentem,
Vt proſpectet eam,& lucem ſic prorogat almam.
Inſula quæ potior,qui mons tibi gratior,& qui
Arridet portus magis,atque vrbs,quæ tibi nympha
Ante alias placeat,tibi quænam heroides adſint,
Dic dea tu nobis,alios eadem ipſe docebo.
Inſula grata tibi Doliche eſt,vrbs Perga probatur,
Et cum Taygeto Euripi ſeceſſus amœni.
Nanque vnam è nymphis Gortynida dilexiſti
Infeſtam ceruis Britomartin,cuius amore
Accenſus Minos errauit per iuga Cretæ:
Sed nunc horrida eam quercus,nunc vlua paluſtris
Texit. at ille nouem per menſes cuncta petiuit
Aſpera quæ loca ſunt,quæ imperuia.nec tamen idem
Vnquam ceſſaſſet,niſi ſe hæc miſiſſet in æquor,
Capta,iugo è montis:piſcantum retibus inde
Implicita,vt ſic ſalua foret.quæ cauſa Cydones
Impulit vt nymphamDictynam nomine ferrent,
Dictæum & montem:ſtruerémtque altaria,queis nunc
Reddunt ſacra,recens ſertum illa luce parantes
Pinu,aut lentiſco:nam myrtum odêre prophanam.
Quando etenim ramus tunicæ fugientis adhæſit
Myrteus,idcirco myrtus non chara Dianæ eſt.
Te quoque,diua ferens lucem,cognomen eadem

Deductum à nympha Cretes ſumpſiſſe loquuntur.
Cyrenem huic adiunxiſti,cui munera donas
Ipſa,canes binos,venatu inſigniter aptos,
Queis Peliæ ad tumulum victrix erat illa futura.
Quin flauam Cephali vxorem mox Dionidæ
In numerum adſciſcis.necnon (ſi vera fatentur)
Non ſecus atque oculos pulchram Anticlean amaſti.
Ferre ſagittiferas nanque hæ ſueuêre pharetras
Primæ,arcúſque leues,exertáque dextra gerentes
Brachia,nudatis in bella ruiſſe pupillis.
Poſt has Arcaſide Iaſio prognatam Atalantam
Dum ſpectas,recipis pernicem apríſque moleſtam.
Hæcque canes agitare,& ſpicula mittere docta eſt.
Inde tuum Calydon quicunque inuaſerat aprum,
Laudibus ornauit meritam,palmáque,feræque
Dentibus inſignem Arcadiæ mox reddidit illam:
Quam neque crediderim Hylæum Rhœcúmque furentem
Sub terra poſitos hoſtes damnare,ſagittas
Mittentem.arguerent quoniam fixa illa falſos,
Horum Mænalius quum fluxit ſanguine vertex.
Vrbibus ac domibus multis dea cognita ſalue,
Cognita Mileto:ſecurus qua duce Neleus
Fecit iter,claras quum claſſe reliquit Athenas.
Cheſias,Imbraſie,ſolio quæ prima refulges:
Cui propriæ nauis clauum olim maior Atrides
In templo affixit,ventos vt ſoluere velles,
Graiæ quum puppes Troiana ad littora curſum
Dirigerent,Helenæ accenſæ Rhamnuſidos ira.
Cui Prœtus poſuit duo templa,Puertia quorum
Altera habet (ſiquidem errantes per deuia firmas
Virgineas turbas)ſtant Luſis altera.nam tu
Reddere manſuetas ſolita es dea caſta puellas.
Sic & Amazonides,belli ſtudioſa caterua,
Curua Epheſi poſuêre tibi prope littora ſignum
Faginco in trunco.tunc ſacris præfuit Hippo:
Vpi aliæ tibi.nam cunctæ ſaliêre libenter,
Armatæ primùm clypeis,latam inde per orbem
Pandentes choream.poſthæc & fiſtula nodis
Diſparibus compacta ſonans vocem edidit vnam.
Nondum etenim hinnulei terebrauerat oſſa (monente
Pallade)nec cerui quiſquam.vox aduolat autem
Sardias,atque ſimul Berecynthia paſcua:quúmque

Saltarent,ſtrepitum pedibus pharetríſque ciebant.
Dein ſtatuam circa fundata eſt maxima moles,
Lutea cui ſimilem nón vnquám aurora vidébit,
Tot pollens opibus poſt ſe vt Pythona relinquat.
Hanc tamen inſanus quondam eſt populariter auſus
Lygdamis,innumeris comitatus Cimmeriorum
Lactiphagûm turmis equitum,quos miſerat omnes
Boſporus,Inachiæ dictus de nomine vaccæ.
Ah rex infelix,quantum deliquerat.ipſe
Non erat in Scythiam rediturus:nullus eorum
Denique qui curru preſſiſſent prata Cayſtri.
Semper enim ſuſpenſa Epheſi tua tela videntur.
Salue Munychie,portu præfecta,Pheræa.
Dianam ac ne quis contemnat:dicitur OEneus
Illam aſpernatus certamina dura ſubiſſe.
Nullus ei iaculo certet,celeríve ſagitta:
Conſtitit Atridæ non paruo audacia.nullus
Spondeat innuptam diuam ſibi:cuius & Otus,
Cuius & Oarion connubia dura petiuit.
Neu choreas fugiat ſolennes:ſcilicet Hippo
Non præter lacrymas has auerſata receſſit.
Salue diua potens,noſtræque ades optima Muſæ.

POLITIANI MISCELLANEORUM Caput LXXX.

EX CALLIMACHI HYMNO QVINTO (in eo quidem quo hîc collocati sunt hymni ordine) petita fabula ignotior de Tiresia & Pallade, qua sensus aperitur Propertianus. Addit autem Politianus & suam interpretationem illius hymni Callimachi, siue elegiæ. vtroque enim nomine ab illo appellatur.

PROPERTIVS in libro Elegiarum quarto sic ait,

Magnam Tiresias aspexit Pallada vates,
Fortia dum posita Gorgone membra lauat.

Extat adhuc hymnus Callimachi poetæ, cui titulus, εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος. in quo fabula Tiresiæ multis elegiacis versibus in hanc fermè sententiam tractatur. Fuisse nympham quampiam Thebis, cui nomen Chariclo, Palladi præ cæteris gratam, matrem Tiresiæ. Sed cùm se Pallas aliquando & Chariclo item in Heliconio Hippocrene nudæ per æstum lauarent, ac tum casu venator Tiresias ad eundem fontem sitiens accessisset, Mineruam scilicet imprudens nudam conspicatus, statimque oculis est captus. Nam ita Saturniis legibus cautũ, inquit, vt qui deum inuitum cernat, ingenti mercede cernat. (Cui simile quippiam de dearum conspectu etiam Abammon AEgyptius in epistola scribit ad Porphyrium philosophum: quam tamen existimat Proclus Iamblichi potius esse, quàm Abammonis) ex quo Vergilius, *Tránsque caput iace: ne respexeris.* Quod & Leucothea Homerica monuit Vlyssem. Sed vt iuuat vnde abii redeam, Cùm in hanc Tiresias calamitatem incidisset, mota lacrymis Chariclûs nymphæ Pallas, & vatem eum & longæuum, & post obitum quoque prudentem sapientémque præstitit: & baculo insuper donauit, quo veluti duce, vestigiis inoffensis graderetur. Quod & nos in Ambra sic attigimus, quum de poeta loqueremur Homero,

-baculum dat deinde potentem
Tiresiæ magni: qui quondam Pallada nudam
Vidit, & hoc raptam pensauit munere lucem,
Suetus inoffensos baculo duce tendere gressus.

Et item sic in Nutrice Tiresiam periphrastic῀s insinuauimus,

Quid

Quid cui post visos nudatæ Palladis artus
Cernere nil licitum?

Quin hinc apud Nonnum lib. 5. Dionysiacῶn ita exclamans inducitur Actæon, vt felicem Tiresiam dicat, qui citra mortem, tantùm amissis oculis Mineruam aspexerit nudam: quæ etiam lumen ademptum in animum ipsius transtulerit. Atque adeo sic ait,

Ὄλβιε Τειρεσίη, σὺ μὲν ἴδεαχες ἐκτὸς ὀλέθρου
Γυμνὸν ἀναυρομένης εἰκελέρμονος εἶδος Ἀθλώης.

Et paulo pòst,

Ζώεις σὸν βλεφάρων ὀλίσας φάος· ὑμετέρων δὲ
Ὀφθαλμῶν ἀμάρυγμα νόου μετέθηκεν Ἀθλώη.

Hactenus autem super hoc pœtæ loco scripseramus, cùm nobis Picus noster Mirandula, quasi Cynthius alter, in illo ipso quo iam hæc imprimenda fuerant articulo, aurem vellit, & admonuit vt elegiam quoque ipsam Callimachi, quæ videlicet vna extat apud Græcos (quãtum equidem sciam) sed & rarissima est inuentu, subiiceremus. & quãquam spatiis excluſi temporis, vertere eam quoque tamẽ in Latinum tentaremus. Ego verò, qui nec scribere alieno stomacho libenter soleo, nec extemporalitati satis confido, non distuli tamen id onus quoquo modo subire. Quoniam cùm quid à me Picus exigit, nec licet mihi nescire quod nesciam, nec non posse quod nequeam: vel quòd homini me charissimum sentio, vel quòd plus eum videre in rebus meis, quàm meipsum, mihi persuadeo. Vertimus igitur penè ad verbum, & quod Græcè dicitur παρὰ πόδα, non sensu modò sed numeris etiam (quod est difficillimum) coloribúsque seruatis. Tantúmque nunc admonemus lectorem, paucula videri mihi adhuc mendosa in Græcis exemplaribus: quæ non erat pudoris nostri corrigere, & septimum ipsum à fine versiculum, reliquo vno duntaxat vocabulo, exoleuisse, quem nos tamen Latinum pro coniectura suffecimus. Illud item scito est opus, nostrum hoc esse interpretamentum, & à nobis denique fluxisse priùs quàm in vllius commentariis ebulliret. quod & Syluæ per se ipsæ, quas citauimus, tot abhinc annos editæ probabunt, quarum videlicet alteram magno sumus olim conuentu publicè multis excipientibus interpretati. Sit ergo nostri iuris quod nostri fuit muneris, ne quarta omnino luna (sicuti prouerbium fertur) nati credamur, vt aliis tantummodo ad Herculis exemplum laboremus. Iam illud quoque miror, cur & Domitius, & alii quidam post illum, quocunque momento, quacunque occasione scribere audeant, hoc aut illud imitatione Callimachi dictum fuisse à Propertio, cùm præter hymnos paucu los nihil prorsus extet ad nos poetæ istius, nec autem planè quicquam

quod amoris argumenta contineat. Sed aures ad Callimachi iam versiculos subscriptos veteri more, sine vllis accentiunculis, arrigamus.

Hactenus Politianus: apud quem sequitur hymnus ille, siue illa elegia, sine vllis accentiunculis, vt ipse loquitur. Huic autem subiungit hæc verba,

Iam nostros quoque legito qui malè collocare bonas horas volet: attamen cum venia, quæso, & conniuentibus oculis.

Ite foras agedum, quæcunque liquentibus vndis M. &c.

Quæ vide pag. sequente.

Versus porro ille septimus à fine, quem in suo exemplari, vocabulo duntaxat vno reliquo, exoleuisse dicit, postea repertus fuit ita scriptus in alio exẽplari, ἔμπεδον ὡσπάντως ᾧ κεν οἱ ἀ συγήτορ: (sed pro οἱ ἀ scribendũ ἱ ἀ videtur) quum apud illum ex toto versu reliquum sit duntaxat vocabulum συγήτορ. Perperam autem in versu proximè præcedente apud eundem Politianum scriptum est ουκ ὀπτευεν, pro ᾧ κ' ὀπτεύεμ.

POLITIANI

POLITIANI INTERPRETATIO HYMNI V, CALLIMACHI, qui est IN PALLADIS LAVACRA.

ITe foras agedum, quæcunque liquentibus vndis
Membra lauaturæ Pallados, ite foras.
Ipsa venit: fremitus sacrorum audimus equorum:
Ite agedum flauæ ô ite Pelasgiades.
Non priùs ingentes lauit sibi diua lacertos,
Ilia quàm abstersit puluere cornipedum:
Nec tum quando armis multa iam cæde cruentis
Venit ab iniustis horrida terrigenis.
Tum quoque equûm subducta iugis fumantia colla
Perfudit largi fontibus Oceani,
Dum sudor, guttæque putres, dúmque omnis abiret
Spuma oris circum mansa lupata rigens.
Ite ô Achiuæ. sed non vnguenta aut alabastros,
(Audio certè ipsum stridulum ab axe sonum)
Palladi lotrices non vnguenta aut abalastros
(Nulla etenim diuæ huic vnguina mista placent)
Ferte: nec huic speculum, vultu est pulcherrima semper.
Nam nec in Ida olim, iudice sub Phrygio,
Se vel orichalco magna hæc dea, vel Simoentis
Spectauit quanquam vertice perspicuo.
Nec Iuno: sed sola Venus se splendido in ære
Vidit, eandem iterum dispositque comam.
Bis sexaginta spatiis verùm incita cursu,
Stellæ apud Eurotan ceu Lacedæmoniæ,
Perfricuit tantùm pingui se diua liquore
De baccis, arbor quem sua protulerat.
O pueræ, emicuit rubor ilico, matutina
Quem rosa, quem grano Punica mala ferunt.
Ergo marem nunc tantùm olei quoque ferte liquorem,
Quo se vngit Castor, quo Amphitryoniades.
Ferte etiam solido ex auro, quo pectine crines
Explicet, & pinguem cæsariem dirimat.
Exi age iam ô Pallas. præstò tibi virgineus grex,
Natæ magnorum charus Aceston idûm.
O Pallas, quin iam clypeus Diomedis & ipse

Fertur,vt Argiuûm mos vetus obtinuit.
Eumedes docuit,meditans tibi grata sacerdos,
Cùm in se composito cerneret interitu
Ire malam sortem.fugit quippe ille,tuámque
Ad montem Crion,sustulit effigiem:
Ad montem Crion.tum abruptis imposuit te
Cautibus,háque vocant nunc quoque Pallatidas.
Exi age quæ expugnas vrbes,cuíque aurea cordi
Cassis,equûmque fremor,cum sonitu clypeûm.
Vos hodie vndiferæ ne tinguite,vos hodie Argos
Fontibus ex ipsis,non fluuiis,bibite.
Vos hodie ancillæ ferte vrnas ad Physadeam,
Aut ad Amymonen,progeniem Danai.
Nanque auro & multis permistus floribus vndas
Defluet è lætis Inachus ipse iugis,
Et purum feret huic laticem.caue tu ergo Pelasge
Ne nudam imprudens aspicias dominam.
Aspiciet nudam qui Pallada quæ tenet vrbem,
Vltrà iam hoc Argos cernere non poterit.
Iam veneranda exi Pallas,dum quiddam ego istis
Dicam.nec meus hic sermo,sed alterius.
Vnam olim,ô pueræ,Thebis dea Pallas amabat
Nympham,præ cunctis quas habuit comites,
Matrem Tiresiæ.nunquámquè fuêre seorsum:
Sed siue ad veterum mœnia Thespiadûm,
Siue Coroneas,seu tenderet illa Haliarton,
Bœotûm visens vecta iugis populos,
Siue Coroneas,(vbi pulcher odoribus halat
Lucus,vbi ara ipsi Curalium ad fluuium.)
Sæpe illam curru secum deæ vexit eodem,
Nullâque nympharum colloquia,aut thyasi
Grata fuêre satis,nisi præforet ipsa Chariclo.
Verùm & ei multæ debitæ erant lacrymæ,
Quamuis chara comes magnæ foret vsque Mineruæ.
Nam se olim peplis vtraque depositis
Dum lauat in lymphis Heliconidos Hippocrenes,
Vtque die vacuus mons tacet in medio:
Dum lauat ergo vtraque, & mediæ sunt tempora lucis,
Dúmque est in toto plurima monte quies,
Tiresias vnus canibus comitantibus ibat
Per loca sacra,leui flore genas nitidus,
Immensámque sitim cupiens releuare,petito

Fonte,videt quæ non cernere fas homini.
Hîc irata licet ſic illum affata Minerua eſt,
Quis te non vllis iam rediturum oculis,
O Euerida,malus hæc deus in loca duxit?
Sic ait:at pueri lumina nox pepulit.
Aſtitit,obticuit,dolor illi vt glutine vinxit
Genua,ſonum tenuit vocis inops animus.
At nympha exclamans,Quid nato,ait,ô dea,factum eſt?
Nunquid veſtra,deæ,talis amicitia?
Lumina mi pueri rapuiſti,pectora nate
Vidiſti infelix Pallados,iliáque:
At non & ſolem cernes iterum.heu miſera:ô mons,
O Helicon rurſum non peragrande mihi.
Magna nimis paruis mutas,quæ lumina nati
Pro ceruis paucis dorcadibúſque habeas.
Sic puerum ambobus charum complexa lacertis
Mater, flebilium carmen aëdonidum
Triſte gemens iterat.ſedenim miſerata Minerua
Tunc ſociam verbis talibus alloquitur:
Dia,inquit,mulier,verte hæc quæ protulit ira.
Non per me captus luminibus puer eſt.
Nam pueris auferre oculos haud dulce Mineruæ,
Verùm Saturni legibus hæc rata ſunt,
Vt quicunque deum aſpiciat,niſi iuſſerit ipſe,
Mercede ingenti ſcilicet aſpiciat.
Dia igitur mulier,fieri hæc infecta nequit res.
Quippe ita Parcarum fila voluta manu,
Editus vt primùm puer eſt.ſed tu accipe contrà
O Euerida,quod maneat pretium.
Munera Cadmeis proh quanta adolebit in ignes,
Quanta & Ariſtæus,votáque ſuſcipient,
Natus vt impubes Actæon vnicus illis
Tantùm oculis careat.nanque erit & Triuiæ
Concurſor:ſed non curſus,non æmulus illum
Tela arcus iaciens montibus eripiet,
Cùm diuam(licet inuitus)ſe fonte lauantem
Viderit.at fiet,qui modò erat dominus,
Eſca ſuis canibus.Sed enim nemora omnia luſtrans
Dum genitrix nati colligit oſſa ſui.
Tunc te felicem,tunc dixerit eſſe beatam,
Cui mons vel cæcum reddiderit puerum.
Parce queri mea grata comes.nam plurima contrà

Huic ego te propter præmia contribuam.
Esse dabo egregium vatem, quem protinus omnis
Perpetuo celebret nomine posteritas.
Cognoscet volucrum quæ prospera, quæque volatu
Irrita: cuius item triste sit augurium.
Plurima Bœotis oracula, plurima Cadmo
Hic canet, & magnis plurima Labdacidis.
Huic ingens baculum dabo, quod vestigia ducat
Quà velit: huic vitæ tempora longa dabo.
Mox & honoratus Diti colet infera regna,
Inter & extinctos vnicus hic sapiet.
Adnuit his Pallas dictis. quódque adnuit illa
Perficitur. soli Iuppiter hoc tribuit
Natarum è turba, quæ sint patris omnia ferre.
Lotrices, mater nulla deam peperit:
Imò Iouis vertex. vertex Iouis omnia natu
Perficit, & natæ prorsus idem licitum est.
En verè nunc Pallas adest. Eia ergo puellæ
Queis Argos curæ est, ite, deam accipite,
Cúmque bonis verbis, & cum prece, cúmque vlulatu.
Salue ô diua, vrbem protege & Inachiam.
Salue hinc abscedens, iterúmque huc flecte iugales,
Ac rebus Danaûm sis precor auxilio.

Prima parte

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ

Κυρηναίου ὕμνοι.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΙΑ.

ΣΧΟΛΙΑ παλαιὰ εἰς τοὺς Καλλιμάχου ὕμνους.

ΕΙΣ ΤΟΝ Διὸς ὕμνον.

ΖΗΝΟΣ ἔοι] Πόθεν, Ζηνὸς ἀοιδήν; ἢ, Ζηνὸς ἐπὶ λοιβῇσιν ἀείδειν; Πληθύοντων] Τῶν γιγάντων, ἀφ' ὧν τὸ ὄρος πληθύεται. Τουτέστι πῆς γῆς. Δικταῖον] Κρήτης. Δίκτη γὰρ ὄρος Κρήτης. Λυκαῖον] Ἀρκάδος. Λύκαιον, Ἀρκαδίας ὄρος. Ἀμφίελικτον] ἀμφίλογον. Ἰδαῖον] Ἴδη, ὄρος Κρήτης καὶ Τροίας· νῦν δὲ τὸ Κρήτης φησί. Πόθεν] Ἐν ἄθει αἰσχρωτέον τὸ πόθεν. Κρῆτες ἀεί.] Παροιμία ὅτι τὸ κρητίζειν, ὅπερ ἐστὶ ψεύδεσθαι, ἀπὸ Ἰδομενέως ὃς Κρητὸς ῥηθεὶς ὡς λαχὼν μερίσαι τοῖς Ἕλλησι τὰ λάφυρα τῆς Ἰλίου, τὰ κρείττω ἑαυτῷ πεπεποίηκε. Τάφον] Ἐν Κρήτῃ ὅπου τῷ τάφῳ ὁ Μίνως ἐπηγάσατο, Μίνωος ὃς Διὸς Τάφος. τῷ χρόνῳ δὲ τὸ ὁ Μίνως ἀπηλείφθη· ὥστε συνελεφθῆναι, Διὸς τάφος. ὃν τοῦτον οὐκ ἔχειν λέγουσι Κρῆτες τὸν τάφον τοῦ Διός. ἢ ὅτι Κορυβάντες λαβόντες αὐτὸν ὅπου τὸ κρύψαι δῷ τῷ Κρόνῳ, μεθυπτιάσαντες τάφον αὐτῷ.

ΖΗΝΟΣ ἔοι τί κεν ἄλλο παρὰ σοῦ δὴν ἀείδειν
Λώϊον, ἢ θεὸν αὐτόν, ἀεὶ μέγαν, αἰὲν ἄνακτα;
Πληθύοντων ἐλατῆρα, δικασσόλον οὐρανίδῃσι;
Πῶς γάρ σε, Δικταῖον ἀείσομεν, ἢ Λυκαῖον;
Ἐν δοιῇ μάλα θυμὸς· ἐπεὶ γένος ἀμφίελικτον.
Ζεῦ, σὲ μὲν Ἴδαιοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι,
Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ· πότεροι πατέρ' ἐψεύσαντο;
Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. καὶ γὰρ τάφον ὦ ἄνα σεῖο

CALLIMACHI CYRENAEI HYMNI, ex Latina interpretatione NICODEMI FRISCHLINI, qua verbum verbo redditur.

IN IOVEM HYMNVS.

IOVIS apud libationes quid aliud sit celebrare Melius, quàm Deum ipsum, semper magnum, semper regem, Terrigenûm expulsorem, iura dantem cœlicolis? Et quomodo ipsum, Dictæum canemus, an Lycæum? In dubio admodû *hæret* animus: quoniam genus Iouis controuersum *est*. Iupiter, te quidem *alii* Idæis in montibus aiunt genitum, Iupiter, te verò *alij* in Arcadia: veri patet mentiti sunt? Cretenses semper mendaces. etenim sepulcrum, ô Rex, tuum

Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ ἀεί.
Ἐν δέ σε Παρράσιῃ Ῥείη τέκεν, ἔνθα μάλιστα
Ἔσκεν ὄρεα θάμνοισι τεθυσκεπέα. ἔνθεν ὁ χῶρος
Ἱερός· οὐδέ τι μιν χερσὶν μύθοιο Εἰλειθυίης
Ἕρπετὸν οὐδὲ γυνὴ ὀπτήσατο· ἀλλά ἑ Ῥείης
Ὠγύγιον καλέουσι λεχώϊον Ἀπιδανῆες.
Ἔνθά σ' ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων,
Αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ κε τόκοιο
Λύματα χυτλώσαιτο, τεὸν δ' ἐλὶ χροῒ λοέσαι.
Λάδων δ' οὔπω μέγας ἔρρεεν, οὐδ' Ἐρύμανθος,
Λευκότατος ποταμῶν. ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα
Ἀρκαδίη· μέλλεν δὲ μάλ' ὔδρος καλέεσθαι
Αὖτις. ἐπεὶ τημόσδε Ῥέη "ὅτ' ἐλύσατο μίτρῳ,
Ἦ πολλὰς ἐφύπερθε Σαρωνίδας ὑγρὸς Γάων
Ἦειρεν, πολλὰς δὲ Μέλας ἄχθησεν ἀμάξας·
Πολλὰ δὲ Καϊκίωνος αἴω, διερὸς πάρ ἑοῦτος,
Γλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα. νίατο δ' αἰὴρ
Πεζὸς ὑπὲρ Κραθίν τε πολύκριθόν τε Μετώπην
Διψαλέος· ὁ δὲ πολλὸν ὕδωρ ὑπὸ ποσσὶν ἔκειτο.
Καί ῥ' ὑπὸ ἀμηχανίης ὀλοὸν φάτο πότνια Ῥείη,

Γαίρασίῃ] Ὄρος Ἀρκαδίας τὸ Γαιράσιον, ἀπὸ Γαιράσου τοῦ Λυκάονος. Ἕρπετὸν] Οὔτε ἑρπετὸν, οὔτε γυνὴ χρήζουσα τοκετοῦ ὀπτήσαιτο. Ἢ οὕτως· οὐ χρήζει εἰλειθυίας, τοκετοῦ γενέσεως. ὅπερ πᾶν ζῶον εἰσὶν ἐκεῖ μαλυσμένον, ἄγονον γίνεται, καὶ σκιαὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐκεῖ ποιεῖ. Ἀπιδανῆες] Οἱ ἀρχαῖοι Ἀρκάδες. Λύματα] Καθάρματα. τὰ δὲ χυτλώσαιτο, αἰτὶ τοῦ ἀπολύσαιτο. Ἐρύμανθος δὲ, ποταμὸς Ἀρκαδίας. Ὅτ' ἐλύσατο] Τέκνον μετὰ τὸ τικτεῖν τὴν ῥέαν. Σαρωνίδας] ὄρη. καὶ τὸ σπρόπα δὲ συνεσταλμένον τὸν φλοιὸν ἔχειν. Τὸ δὲ ἤειρεν, καὶ ὥχησεν, αἰτὶ τοῦ ἐβάστασεν. Καϊκίωνος] Λείπει ἡ ὑπὸ. πολλὰ δ' ὑπὸ τοῦ Καϊκίωνος ἑρπετὰ εἰς φωλεοὺς ἐπέπεσαν. Κινώπετα] Τὰ ἑρπετὰ, οἱονεὶ κινώπεδα, καὶ τὰ ἐν τῷ ὑδάτῳ κινούμενα. τὸ δὲ Νίατο, αἰτὶ τοῦ ἤρχετο. ἐπορεύετο. Κραθίν] Κραθὶς, ποταμὸς Ἀρκαδίας. Πολύκριθον δὲ, τὸν πολύψηφον, καὶ πολυπάτητον. Μετώπην] Ποταμὸν Ἀρκαδίας.

Cretenſes fabricarunt. tu autem non periiſti. es enim ſemper. 10 In Parrhaſia autem te Rhea peperit, vbi maximè Erat mons nemoribus obtectus. inde locus ille eſt Sacer: neque eum aliquod expertum Lucinam Reptile, neque mulier adit vlla: ſed ipſum Rheæ Veterem nominant puerperii lectum Apidanes. 15 Hic te poſtquam mater magno depoſuit ex vtero, Statim quærebat riuum aquæ, quo partus ſui Retrimenta ablueret: tuúmque corpus purgaret. Ladon verò magnus nondum fluebat, neque Erymanthus, Limpidiſſimus amnium: ſed adhuc ſicca erat omnis 20 Arcadia: ſalus futura tamen vt maximè aquoſa nominaretur Iterum. quoniam tum tempore quo Rhea zonam ſoluit vt peperit, Sanè multas deſuper quercus liquidus Iaon Produxit, multos etiam Melas fluuius tum geſtauit currus: Multæ præterea ſupra Carionem, quamlibet nunc ſit humidus, 25 Luſtra conſtruxerunt ferę. ibat etiam vir Pedeſter tum ſuper Crathin, tum ſuper ſcrupuloſam Metopen Sitibundus: ſed multa aquæ copia ſub pedibus latebat. Itaque in hac difficultate conſtituta dicebat veneranda Rhea,

Γαῖα φίλη, τέκε καὶ σύ· τεαὶ δ' ὠδῖνες ἐλαφραί.
Εἶπε, καὶ αἰπανύσασα θεὰ μέγαν ὑψόθι πῆχυν,
Πλῆξεν ὄρεος σκήπτρῳ. ὃ δὲ ⓐ δίχα πουλὺ διέχθη,
Ἐκ δ' ἔχεεν μέγα χεῦμα· τόθι χρόα φαιδρώσασα
Ὤϊ' ἄνα τεὸν ἀπείρωτ· Νέδᾳ δέ σε δῶκε κομίσαι
Κεθμὸν ἔσω Κρηταῖον, (ἵνα κρύφα παιδεύοιο)
Πρεσβυτάτῃ νυμφέων αἳ μιν τότε μαιώσαντο,
Πρωτίστῃ γλυκερῇ, μετά τε Στύγα Φιλλυρίην τε.
Οὐδὲ ἀλίλιπε θεὴ χάεν, ἀλλά οἱ χεῦμα
Κῆνο Νέδᾳ ὀνόμηνε· ὃ δὴ πολὺ πουλὺ κατ' αὐτὸ
Καυκώνων τολίεθρον, ὃ Λέπριον πεφάτισται,
Συμφέρεται Νηρῆι· παλαιότατον δέ μιν ὕδωρ
Ὑλαιοὶ πίνουσι Λυκαονίης ἄρκτοιο.
Εὖτε Θεναὶς ἀπέλειπεν, ὅτι Κνωσσὸν φέρουσα,
Ζεῦ πάτερ, ἣ νύμφη σέ· (Θεναὶ δ' ἔγγυς ἐλύθη Κνωσσοῦ)
Ἔνθά τοι πεσε δαῖμον ἀπ' ὀμφαλός· ἔνθεν ὄνομα
Ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον καλέουσι Κύδωνες.
Ζεῦ, σὲ δὲ Κυρβαίντων ἔταραι ἀμφεπεχώσαντο
Δικταῖαι Μελίαι, σὲ δὲ κοίμισεν Ἀδρήστεια
Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ· σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν

Τόθι χρόα] Τὸν σὸν χῶτα, ὦ ἄνα, ἀπείρωτα φαιδρύναται. Νέδᾳ] Ὄνομα νύμφης Ὠκεανίνης, θρεψαμένης τὸν Δία. Μαιώσαντο] ἔθρεψαν. Φιλύρην τε] Μήτηρ Χείρωνος τοῦ Κενταύρου. Καυκώνων] Ὄρος Ἀρκάδων ὁ Καύκων. Λέπριον ὄν, ἀπὸ Λεπρέως, τοῦ Ποσειδῶνος· ὃς πρὸς Καλεσάμβους εἰς ἀθηναίαν Ἠλακάτην, καὶ ὑπ' ἐκείνου πληγεὶς ἐφονεύθη. Λυκαονίης ἄρκτοιο] Τῆς πρὸ αὐτοῦ λεγομένης Καλλιστοῦς, Λυκάονος δὲ θυγατρός· ἐξ ἧς καὶ Διὸς μεταληφθεῖσα εἰς Ἄρκτον, ἐκλήθη ἡ Ἀρκὰς ἀφ' ἧς οἱ Ἀρκάδες. Θεναὶ] Θῆναι, πόλις ἢ ἄλσος. Τευτάκι] πτωτικαῶς. Κύδωνες] Ἔθνος Κρήτης. Προσεπεχώσαντο] Εἰς τὰς πύξις ἔλαβον. Ἀδρήστεια] Ἀδελφὴ Κουρήτων. Λίκνῳ ἐνί.] Ἐν γὰρ λίκνοις τὰ παλαιὸν κατεκείμιζον τὰ βρέφη, πλοῦτον καὶ καρποὺς οἰωνιζόμενοι. λίκνον οὖν, τὸ κόσκινον· ἢ τὸ κοινόν, ἐν ᾧ τὰ παιδία ἐλίκνων.

Terra chara parito & tu θνατᾶ. tui enim dolores leues *sunt*. 30 Dixit: & cùm denuò extendisset Dea magnum in sublime cubitum, Percussit montem sceptro. at ille duobus locis multum discessit, Effuditque magnum fluxum. Tum corpus *à se* perpurgatum, O Rex, tuum fascis inuolui: & Nedæ te dedit portandum In recessum Cretensem (vt elàm *sibi* educareris) 35 Natu maximæ nympharum, quæ ipsi tunc obstetricabãtur: Natu *ingnam* maximæ, post Stygem & Phillyren. Neque vanam reposuit Dea *illi* gratiam. quippe fluuium Illum Nedam appellauit. Atque is olim copiosus, iuxta ipsum Caueonum oppidum, quod Leprium vocatum est, 40 In mare defertur: & vetustissimam sanè hanc aquam Posteri bibunt Lycaoniæ vrsæ. *i. Arcades.* Postquam verò Thenas reliquit, ad Cnossum deferens, Iupiter pater, te nympha (Thenæ autẽ proximæ Cnosso) Ibi tum decidit tibi, Deus. omphalos. *i.* θυμβίλικος: hinc istum 45 Omphalum deinceps locum nominant Cydones. Iupiter, te etiam Corybantum sociæ vlnis amplexæ sunt, Dictææ Meliæ: te circumgestauit Adrastea Cunis in aureis. tu autem traxisti pingue vber

Αἰγὸς Ἀμαλθείης, ὅτι δὲ γλυκὺ κηῒον ἔβρως.
Γέντο γὰρ ἐξαπίνης Παναχρίδος ἔργα μελίσσης
Ἴδαιοις ἐν ὄρεσι, πά τε κλείοισι Παίακρα.
Οὖλα δὲ Κούρητές γε περὶ τρύλλιν ὠρχήσαντο,
Τεύχεα πεπληγότες, ἵνα Κρόνος οὔασιν ἠχὼ
Ἀσπίδος εἰσαίοι, καὶ μὴ σέο κουρίζοντος.
Καλὰ μὲν ἠέξω, καλὰ δ' ἔτραφες, οὐρανίε Ζεῦ·
Ὀξὺ δ' ἀήξησας, ταχινοὶ δέ τοι ἦλθον ἴουλοι.
Ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφρόνεες πάντα τέλεια·
Τῷ τοι καὶ γνωτοί, περ ἐόντες, οὐρανὸν ὦκ ἐμέγηραν ἔχειν ὅτι δαίσιον οἶκον.
Δίωνες δ' οὐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοί·
Φαίη πάλαι κεφαλῆσι διάτορα δώματα νεῖμαι·
Τίς δέ κ' ἔτ' οὐλύμπῳ τε καὶ ἀϊδὶ κλῆρον ἐρύσαι,
Ὅς μάλα μὴ νήπιος; ἔτ' ἰσαίη γὰρ ἔοικε
Πήλασθαι· τὰ δὲ τόσσον ὅσον δρὰ πλείστην ἔχουσι.
Ψευδομένων ἀίοντος ἄκην πεπίθοιεν ἀκουήν.
Οὔτε θεῶν ἔασιν πάλαι θεσμοί, ἔργα δὲ χειρῶν,
Σή τε βίη, τό, τε κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου.
Θῆκας δ' οἰωνὸν μεγάλων ἐπιείσχειν ἀγγελιώτην

Λίμαλθείης] Οὕτως ἐκάλεσε τὴν αἶγα τὴν Διὰ θηλάσασα. λέγεται δὲ ἀπὸ μὲν τῆς αἰγὸς κέρατος ἀμβροσίαν ῥεῖν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἄλλου, γάλα. ἔβρως] ἔφαγες. Ἐξαπίνης] Τουτέστιν, ἐξαίφνης ἐγένετο ἡ ἴδη πλέα μέλιτος. Οὖλα] Κατὰ κλῆσιν. Γυμνῶς. Περὶ τρύλλιν] ὁπλίσιον. Ἐπιδαίσιον] μεμισεμένον. Δίωνες] οἱ παλαιοί. Τίς δέ κ' ἔτ' οὐλύμπῳ τε] Τίς δ' ἂν φρόνιμος ὅτι οὐλύμπῳ καὶ ᾅδῃ κληρωθῆναι αἰάζοιτο; Νεήπιος δέ, ὁ ματαιόφρων, καὶ ἐστερημένος τοῦ αἰόλλειν καὶ κινεῖν τὴν γνώμην. Ἔτ' ἰσαίη γὰρ ὁ κλῆρος] Ἔτ' ἴσων ἐφικνέομένων χωρεῖ ὁ ὑραιὸς δὲ καὶ ὁ ᾅδης πλεῖστον διαφέρουσι. Ψευδομένων ἀίοντος ἄκην πεπίθοιεν ἀκουήν.] Λέπει λέγων. τὸ δὲ πεπίθοιεν, ἀπὸ τῆς πίστεως. Ἔασιν] Ἔασιν κυρίως ὁ βασιλεὺς ἀπὸ μελισσῶν· ἐπὶ δὲ ὁ ἀπὸ ἀέρων. Πέλας εἵσαο δίφρου] Τὸ κράτος πλησίον ἱδρυσας τῷ δίφρῳ. Θῆκας δ' οἰωνὸν] τὴν ἀετόν.

Capræ Amalthex: & insuper dulcē fauum comedisti. 50 Extiterunt enim subitò opera Panacridis apiculæ Idæis in montibus, quos vocant Panacra. Commodùm item Curetes te circum armatum tripudium luserunt, Arma concutientes: vt Saturnus auribus sonitum Clypei audiret, non autem te vagientem. 55 Pulchrè quidem creuisti, pulchréque educatus es, ô cœlestis Iupiter: Citò etiam adoleuisti: & velox tibi oborta est lanugo. Sed & quum adhuc adolescentulus esses; perspexisti omnia plenè. Ideóque tibi fratres, quanuis natu priores essent, Cœlum non inuiderunt vt tu haberes, communem *aliis* domum. 60 Prisci autē nullo modo veraces fuerunt poetæ, 65 *Qui* dicebant sortem filiis Saturni trifariam domos dispertiuisse. Quis etenim de cœlo & inferno sortem mitteret, Nisi esset planè stupidus? De re enim æquali conuenit Sortem mittere; hæc autem tam longè quàm longissimè *inter se* distant. 65 Mentiretur *hæc dicens* auditoris *stupidi* quæ persuadeant *veteres poeta* auribus. Non te deorum regem sortes constituerunt: sed opera manuum, Tuáque potentia & robur quod etiam collocasti prope currum tuum. Sed constituisti & auem omnium præstantissimam, nuntiam

Σῶν τε φάων ἄτ' ἐμοῖσι φίλοις ὐν δέξια φαίνοις.
Εἶλεο δ' αἰζηῶν ὅ, τι φέρτατον· οὐ σύ γε νηῶν
Ἐμπερόμους, οὐκ αἶδρα σακέσπαλον, οὐ μὲ ἀοιδὸν·
Ἀλλὰ τὰ μὲν μακάρεσσιν ὀλίζοσιν οἷσι παρῆκας
Ἄλλα μελέειν ἐτέροισι σὺ δ' ἔξελεο πολιάρχους
Αὐτούς, ὧν ὑπὸ χεῖρα γεωμόρος, ὧν ἴδρις ἀϊχμῆς,
Ὧν ἐρέτης, ὧν πάντα· (τί δ' ὑπερτέρους ὑπ' ἰθμοῦ;)
Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδειόμεν Ἡφαίστοιο·
Τεύχηας δ', Ἄρηος· ἐπακτῆρας δὲ, Χιτῶνας
Ἀρτέμιδος Φοίβου δὲ, λύρης θ' εἰδότας οἴμους·
Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες. ἐπὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων
Θειότερον· τῷ καί σφι τελὼ ἐκρίνατο μοῖραν.
Δῶκας δὲ πολίεσσιν ἐπόψιος οἵ τε δίκῃσι
Λαὸν ὑπὸ σκολιῆς οἵ τ' ἔμπαλιν ἰθύνουσιν.
Ἐν δὲ ῥυηφενίῃ ἔβαλες σοφίην, ὐν δ' ἄλις ὄλβου·
Πᾶσι μὲν, οὐ μάλα δ' ἶσον. ἔοικε δὲ τεκμήρασθαι
Ἡμετέρῳ μεδέοντι· τῷ εἰ τῷ γε θυρὺ βέβηκεν.
Ἐσσὶ γὰρ ὄλβιος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ἠοῖ νοήσῃ·
Ἐσσὶ γὰρ τὰ μέλισσα, τὰ μείονα δ' οὔτε νοήσῃ.

Εἶλεο δ' αἰζηῶν] Νεῶν καθόλου λέγει τῶν αἰθρώπων. Ἐμπερόμους] τοὺς ἐμπόρους. Γεωμόρος] ὁ γεωργός. Ὑδειόμεν] λέγουσι. Ἐπακτῆρας] κυνηγέτας. Χιτῶνας] Νῆλεὺς ὁ Κόδρου, ἀποικίαν ἄγων δῆμος ἀπὸ Ἀθηνῶν, ἔλαβε χωρίον ἐγγὺς ἐξάνου τῇ Ἀρτέμιδι ἀπὸ παλαιῶν ξύλων. καὶ δή ποτε ἑορτῆς πολυμιδὴς τῇ Ἀρτέμιδι ὁ τῆς Χιτώνης (ἔστι δὲ δῆμος Ἀττικῆς) ἀπολαθὼν ὧρε δημῶν πάμπολλων καὶ διάφορον ἔχουσαν ἡρτεμίσιον καρπόν. καὶ ὁκ ζύπνου ἐποίησεν ἄγαλμα τῇ θεᾷ καὶ οὕτω μετώνομεν ὁ Μιλητῶ. ἀπὸ δὲ δή μου· οὗ ἔχει τὸ ὄνομα ἡ Ἄρτεμις. ὅτι δὲ ἀκτομένων τῶν βρεφῶν αὐτῶν ἀπήρτησαν τὰ ἱμάτια τῇ Ἀρτέμιδι. Τάξιν] Λαχμόν. Κλήρωσιν. Ἄκρης ὁν πολίεσσιν] Ἐν τοῖς ἀκροπόλεσιν καθίζη, ὁρῶν τὰ δίκαια. Ῥυηφενίῃ] Πλούτου. σύγκειται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τοῦ ῥύδην καὶ ἄφενος. ὑστέρῳ, ἀντὶ τοῦ πλούτου ῥύσιν. Ἡμετέρῳ μεδέοντι] Γρεὶ τῷ Πτολεμαίου ταῦτα λέγει.

Tuorum auguriorum: quæ vtinam amicis meis fausta ostendas. 70 Elegisti præterea ex iuuenibus omnium optimos. non tu nauium Peritos, non virum scutatum, non poetam *elegisti*: Sed hæc quidem diis minoribus illic reliquisti, Alia curanda aliis: tu verò elegisti vrbium principes Ipsos: quorum sub manibus *est* agricola, quorum peritus militiæ, 75 Quorum remex, quorum *sunt* omnia. & quid non dominantis sub potestate? Primò quidem fabros canimus *esse* Vulcani: Milites deinde, Martis: venatores item, Chitones Dianæ: Phœbi denique, qui lyræ bene sciunt modos. At ex Ioue sunt reges: quoniã Ioue nihil regum 80 Diuinius *est*. ideóque tuum illis decreuisti ordinem: Dedistique vt vrbes custodiant. túque ipse præsides Celsis in ciuitatibus, inspector tam *eorum* qui legibus Populum sub iniquis, quàm eorum qui contrà gubernant. Adiecisti quoque opulentiam ipsis, & quod satis *est* fortunatum. 85 *Et hoc* omnibus quidẽ, sed non ex æquo tamen. par est *hoc* colligere *Ex* nostro rege. nam is latè circum *opulentia* progressus est. Vesperi ille perficit de quibus manè cogitauerit: Et vesperi quidem ardua: parua autem, quamprimum cogitauerit.

Οἱ δὲ] Δηλαδὴ οἱ ἄλλοι βασιλῆες. Γλειῶνι] ὀνειαστῇ. Ἄτλω] Ἄτλητον. Τελέωσιν. Αὐτὰρ] Ὡς ζῷ. Οὔτ' ἀρετῆς] Καὶ Ἡσίοδος, πλούτῳ δ' ἀρετὴ ἠὲ κῦδος ὀπηδεῖ.

Ὀΐῃ, τὰ μὲν πλειῶνι, τὰ δ' οὐχ ἑνὶ τἄλλα δ' ἀπὸ πάμ-
Αὐτὸς αὖην ἐκόλυσας, ἐνέκλασας ἠμὶ μυοιγλώ. (παι
Χαῖρε μέγα Κρονίδη πανυπέρτατε, δῶτορ ἑάων,
Δῶτορ ἀπημονίης. τεὰ δ' ἔργματα τίς κεν ἀείδοι;
Οὐ γλύετ', οὐκ ἔσαν. τίς κεν Διὸς ἔργματ' ἀείσῃ; (τε.
Χαῖρε πάτερ, χαῖρ' αὖθι· δίδου δ' ἀρετήν τ' ἄφενός
Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσαται ἀνέρας ἐξεῖν,
Οὔτ' ἀρετή, ἀφένοιο. δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.

Alii verò paruo anno, magna nõ vno *perficiunt*: ab aliis verò prorsus 90 Tu ipse effectionem amouisti, & consilia eorum perfregisti. Salue plurimum ô Saturnie maxime, dator bonitatum, Dator incolumitatis. tua verò opera quis celebret? Nõ fuit, nec erit. quis Iouis opera celebret? 95 Salue iterum atque iterum. Da *nobis* & virtutem & opes. Neque sine virtute opulentia potest homines beare, Neque sine opulentia virtus. da ergo & virtutem & opes.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΑ ΥΜΝΟΣ.

IN APOLLINEM HYMNVS.

ΕΙΣ ΤΟΝ Ἀπόλλωνος ὕμνον.

ΟΙΟΝ ὁ τῶ 'πόλλωνος] Ἀντὶ τοῦ, οἷος, ὅπως. ἔστι δὲ θαυμασμός. λέγεται δ' ὅτι τὰ μαντευομένων τὰ θεῖα, καὶ ὑποδημεῖν ἢ ἀποδημεῖν. καὶ ὅταν μὲν ὑποδημῶσι, ταῖς μαντείαις ἀληθεῖς εἶ· ὅταν δὲ ἀποδημῶσι, ψευδεῖς. ὡς γοῦν ὑποδημοῦντος τοῦ θεοῦ, φησὶν ὁ Καλλίμαχος. Οὐχ ὁρᾷς; ἐπένθυσεν ὁ Δήλιος] Δεικτικῶς. λέγεται δ' ὅτι τῷδε τῷ δένδρῳ ἐχρήσατο ἡ Λητὼ τὸν Ἀπόλλωνα. Ὁ δὲ κύκνος] ὄρτυγα ἱερὰν Ἀπόλλωνος.

ΟΙΟΝ ὁ τῶ 'πόλλωνος ἐστίσατο δάφνινος ὄρπηξ,
Οἷα δ' ὅλην ὁ μέλαθρον. ἑκὰς ἑκὰς ὄστις ἀλιτρός.
Καί νύ που ἁ θήρητρα καλῷ ποδὶ Φοῖβος ἀράσσει.
Οὐχ ὁρᾷς; ἐπένθυσεν ὁ Δήλιος ἡδύ τι φοινιξ
Ἐξαπίνης, ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει.

Quantum ille Apollinis commotus est laureus ramus! Quantum hoc totum antrum! procul procul *sis* quisquis profanus. Et certè ostia præclaro pede Phœbus rundit. Non vides? annuit Deliaca suaue quid palma 5 Derepente: & olor. in aere pulchrè modulatur.

Αὐτοὶ νεῶν κατοχῆες ἀναχλίνεσθε πυλάων,
Αὐταὶ δὲ κληῖδες. ὁ γὰρ θεὸς οὐκέτι μακρὰν.
Οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε.
Ὧ Ἄπολλον οὐ πάντι φαείνεται, ἀλλ' ὅτις ἐσθλός.
Ὅς μιν ἴδῃ, μέγας οὗτος· ὃς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος.
Ὄψόμεθ' ὦ Ἑκάεργε, καὶ ἐσσόμεθ' οὔποτε λιτοί.
Μήτε σιωπηλὴν κίθαριν, μήτ' ἄφθογγον ἴυγγα
Τοῦ Φοίβου θέμις ἔστιν ἐπιδημήσαντος
Κάλλιον, ὡς καὶ λήμην τε καὶ ἱερὰ δράσματα τορῆται
Ἄσταχύων ἀπέκοψε, καὶ ἐν βόας ἧκε πατῆσαι,
Αἴνικα Τριπτόλεμος ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχναν·
Κάλλιον, ὡς (ἵνα καί τις ὑφορασίας ἀλέηται)
Θήκατο βουπείνα Τελόπεω γόνον οἰκτρὸν ἰδέσθαι.
Οὔπω τὰν Κνιδίαν, ἔτι δώτιον ἰρὸν ἔναον,
Τὶν δ' αὐτᾶ καλὸν ἄλσος ἐποιήσαντο Πελασγοὶ
Δένδρεσιν ἀμφιλαφές· διὰ κεν μόλις ἤλυθεν οἰστός.
Ἐν πίτυς, ἐν μεγάλαι πτελέαι ἔσαν, ἐν δ' ὄχναι,
Ἐν δ' καλαὶ γλυκύμαλαι· τὸ δ' ὥστ' ἀλέκτρινον ὕδωρ
Ἔξ ἀμαρᾶν ἀΐσσυε. θεὰ δ' ἐπεμήνετο χώρῳ
Ὅσσον Ἐλευσῖνι, Τριοπίῳ θ' ὅσσον ὀκκόσον Ἔννᾳ.
Ἀλλ' ὅτε Τριοπίδαισιν ὁ δεξιὸς ἄλγετο δαίμων,

10 Εἴς τ' ὀπὶ ζυξ μέλαινας] ζυξὶ Δίβιοπες.

Οὔπω τὰν Κνιδίαν] Χώρα Θετταλίας.
Ἔστ' ἀλέκτρινον ὕδωρ] Διαυγὲς, παρὰ τὸ ἥλεκτρον.
Ἔξ ἀμαρᾶν] Ὅμηρος, - ἀμάρης ἐξ ἴχματα βάλλων. ἐσὶ δὲ αἱ ὑδροῤῥόαι.
Ὅσσον Ἐλευσῖνι] Κόλποις ἡ Ἔννα, δῆμος Ἀττικῆς.

10 Diua, quomodo te potuerunt pedes ferre, & ad Dythmas, Et ad nigros *Aethiopes*, & eò vbi *sunt* aurea mala? Neque bibisti, neque comedisti illo tempore, neque lauisti. Ter quidem percurristi Acheloum argenteis aquis manantem, Toties præterea perennium fluuiorum transiuisti vnumquenque, 15 Ter ad pulcherrimæ insulæ vmbilicum Ennam accurristi: Ter apud Callichorum puteum humi desedisti, Arida & sicca: neque comedisti, neque lauisti. Ne verò ne ista dicamus, quæ lacrymas mouerunt Cereri. Pulchrius *dictu*, vt ciuitatibus placidas leges dederit: 20 Pulchrius, vt culmum & sacros manipulos prima Spicarum abscideris, & boues calcare immiserit, Quum Triptolemus bonam *agriculturæ* doceret artem. Pulchrius, vt (quò & alius delictum euitet) Effecerit inedia, Triopæ filium, miserandum conspici. 25 Nondum Cnidiam, *sed* adhuc Dotium sacrum inhabitabant: Tibique illic *ad Dotium*, pulchrum lucrum fabricarunt Pelasgi, Arboribus vndique densum, quem vix penetrarit sagitta. In hoc pinus, in hoc magnæ vlmi erant, in hoc & pyri: In hoc & pulchra glycimala. aqua verò quasi electrina 30 E tabulis erumpebat. dea verò *tanto* amore loci insaniebat, Quanto Eleusinis, quanto Triopii, quanto Ennæ. Sed quum Triopidis dexter succenseret genius,

Τουτάκις ἀ χείρων Ἐρισίχθονος ἄψατο βωλά.
Σβύατ' ἔχων θεράποντας ἐείκοσι, πάντας ὁμ ἀκμᾶ,
Πάντας δ' ἀνδροτῆτας (ὅλαν πόλιν ἄρχιοι ἆραι)
Ἀμφότερον, πελέκεσσι καὶ ἀξίναισιν ὁπλίτας.
Ἐς δὲ τὸ τᾶς Δάματρος ἀϊαδέες ἔδραμον ἄλσος.
Ἦς δέ τις αἰγείρος, μέγα δένδρεον, αἰθέρι κῦρος·
Τᾷ ῥ' ὑπὸ ταὶ νύμφαι ποτὶ τώδιον ἐμμόρωντο·
Ἀ δ' ὑπερθε πλαγίσα, κακὸν μῦθος ἵαχεν ἄλλαις.
Ἤθετο Δαμάτηρ ὅτι ᾧ ξύλον ἱερὸν ἀλγεῖ·
Εἶπε δὲ χὠσαμύα, τίς μοι καλὰ δένδρεα κόπτει;
Αὐτίκα Νικίππᾳ (τὰν ᾧ πόλις ἁγήτειραν
Δαμοσίαν ἔσασθαι) ἐείσατο· χἠ δὲ χιεὶ
Στέμματα καὶ μάκωνα. κατιμαδίαν δ' ἔχε κλαῖδα
Φᾶ δὲ τὸν ἐμψύχοισα κακὸν καὶ αἰαδέα φῶτα,
Τέκνον, ὅτις τὰ θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα κόπτεις,
Τέκνον ἐλίννυσον, τέκνον πολύθρεπτε χερεῦσι,
Παῦε, καὶ θεράποντας ἀποτρέπε· μή τι χαλεφθῇ
Πότνια Δαμάτηρ, τᾶς ἱερὰν ἀκχερίζεις.
Ταὶ δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον ἢ κύνα λύκῳ
Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄγρια λέαινα
Ὠμοτόκος, (τᾶς φασι πέλειν βλοσυρώτατον ὄμμα)
Χάζεο, ἔφα· μή τοι πέλεκυν μέγαν ἐν χροὶ πάξω.
Ταῦτα δ' ἐμὸν θαλερᾶς μεγαλῶν δόμον, ᾧ ἔνι δαῖτας

Ἰοὶ τῶνδιον] Γιελ τὸ μεσημβρινόν. Ἐμμόωντο, ἔπαιζον.

Ἔείσατο] ἴσατο. ὡμοιώθη.

Ἔχε κλαῖδα] Τὸ κλεῖν, ὡς ἰέρεια.

Ἀνειμένα] ἀφιερωμένα.

Πολύθρεπτε] πολυπόθητε.

Ibi malum Eryſichthonem inuaſit conſilium. Prorupit ille habens viginti ſeruos, omnes in vigore ætatis, Omnéſque viros gigantum ſimiles (totam ciuitatem qui ſufficerent euertere) 35 Vtrinque & ſecuribus & aſciis armatos. Atque hi in iſtud Cereris impudentes irruerunt nemus. Erat quædam populus, magnæ arbor, cœlum contingens: Quam ſupra nymphæ circa meridiem ludebant. Hæc prima percuſſi, malam vocem inſonuit aliis. 40 Animaduertit Ceres quòd eius lignum ſacrum doleret: Dixítque indignata, Ecquis mihi pulchras arbores incidit? Statim Nicippæ (hanc ei ciuitas ſacerdotem Publicam conſtituerat) aſſimilata eſt: accepitque manu Coronas floreas, & papauer: déque humero pédentem habebat clauem. Dixítque, demulcens malum & impudétem hominem *Eryſichthonem*, Fili, quicunque dex conſecratas arbores incidis, Fili deſiſte, fili multum exoptate parentibus, Ceſſa, & famulos auerte: ne ſuccenſeat Diua Ceres, cuius ſacrum tu diripis. 50 Hanc verò quum limis *ille* oculis aſpexiſſet toruius quàm venatorem Montibùs in Tmariis virum aſpicit leæna Crudipara. (cuius dicunt eſſe atrociſſimum oculum) Recede, inquit: ne tibi ſecurim in corpus infigam. Has *arbores* meam cernes contectam domum, in qua epulum

Αἰεὶ

„ Αἰὲν ἐμοῖς ἑτάροισιν ἄδλῳ θυμαρέας ἀέξω. 55
Εἶπεν ὁ παῖς, Νέμεσις δὲ καχὴ ἐχράψατο φωνήν.
Δαμάτηρ δ' ἄφατόν τι κοτέσσατο· γείνατο δ' ἀθεῖς
Γθμασι μιχθὴ χέρσω, κεφαλὴ δέ οἱ ἄψατ' ὀλύμπω.
Οἱ μὲν ἄρ' ἠμιθέητες, ἐπεὶ τὴν πότνιαν εἶδον,
Ἐξαπίνης ἀπόερσαν, ἐὴ δρεσὶ χαλκὸν ἀφέντες. 60
Ἀ δ' ἄλλους μὲν ἔασεν, (ἀναγκαίη γὰρ ἔποντο [κτα,
Δεσποτικὴ ὑπὸ χεῖρα) βαρὺ δ' ἀπαμείψατ' ἀϊά-
„ Ναὶ ναί, τεύχεο δῶμα κύον, κύον, ὦ ἔνι δαῖτας
„ Γοιμοσιῆς· θαμιναὶ γὰρ ἐς ὕστερον εἰλαπίναι τοι.
Ἀ μὲν τόσ' εἰποῖσ' Ἐρυσιχθονι τεῦχε πονηρά. 65
Αὐτίκα ⓘ χαλεπόν τε καὶ ἄγριον ἔμβαλε λιμόν,
Αἴθωνα, κρατερὸν· μεγάλη δ' ἐφλέγετο νούσῳ.
Σχέτλιος, ὅσσα πάσαιτο, τόσων ἔχεν ἵμερος αὖτις.
Εἴκατι δαῖτα πένοντο, δυώδεκα δ' οἶνον ἄφυσσον.
Τόσσα Διώνυσον γὰ ἄ καὶ Δάματρα χαλέπτει
Καὶ γὰ τᾷ Δάματρι σὺνεργίαθη Διόνυσος.
Οὔτέ μιν εἰς ἐρανὼς οὔτε ξυνδείπνια πέμπον
Αἰδοιμοὶ γονέες· πᾶσι χαλὰ δ' ἐβρίσκετο πᾶσα.
Ἤνθον Γτωνιάδος μὲν Ἀθαναίας ἐπ' ἄεθλα
Ὄρμενίδαι καλέοντες· ἀπ' ὤων ἠρνήσατο μάτηρ.
„ Οὐκ ἐσθοῖ. χθιζὸς γὰρ ὅτι Κρανῶνα βέβηκε,
„ Τέλλος ἀπαιτήσων ἑκατὸν βόας. ἐλθὲ Πολυξώ,

Γροχαί] πεφάσεις.
Ἤνθον Ἰτωνιάδος] Ἰτών, πόλις Θεσσαλίας, ἔνθα ἱμᾶται Ἀθηνᾶ. ἡρώς δὲ ὠνόμασται οἱ Ὀρμενίδαι.
Ἐπὶ Κρανῶνα βέβηκε] Πόλις Θεσσαλίας. Ἤλθε Πολυξὼ] Ἐπίσημος αὕτη.

55 Semper meis consodalibus perquàm iucundum præbebo. Dixit iuuenis: indignatio autem malam notauit vocem, Cerésque insando modo succensuit, & dea *rursum* facta est Vestigia quidem eius terram, caput verò eius tangebat cælum. Illi ergo *famuli* semineces, vbi deam aspexerunt, 60 Subitò erupcrunt, in quercubus ferrum relinquentes. At ipsa *Ceres*, aliis quidem omissis (nam necessitate omnes succedebant Herilem sub manum) odioso respondit regi *Erysichthoni*: Certè certè, paradomum canis, canis, in qua epulum Præbebis. crebræ enim posthac epulationes tibi *erunt*. 65 Hæc tantùm effata Erysichthoni intulit mala. Statimque ei horribilem & atrocem immisit famem, Ardentem, validam: magnóque *ei* contabescebat morbo. Infelix quo plura gustauisset, eo plurium tenebatur rursum desiderio. Viginti *ministri* epulum apparabát, duodecim vinum hauriebant. 70 Eadem enim Bacchum, quæ & Cererem, offendunt. Etenim cum Cerere iratus fuit *Erysichthoni* Bacchus. Non ipsum ad cœnas, neque ad conuiuia mittebant Verecundi parentes: prætextúsque reperiebatur omnis. Venerunt ipsum ad Itoniadis Minervæ certamen 75 Inuitantes Ormenidæ. itaque abnegauit mater: Non opus esset, *inquiēs*. heri enim Cranonē abiit, Debitum exacturus, centum boues. venit Polyxo,

Μάτηρ Ἀκτορείωνος, (ἐπεὶ γάμον ἄρτυε παιδὶ)
Καὶ ἡία] Τὸν Ἐρυσιχθονα. Ἀμφότερον, Τριόπην τε καὶ ἡία, κικλήσκουσα.
Ταὶ δὲ γυνὰ βαρύθυμος ἀμείβετο δακρυχέουσα,
Νεῖται τοι Τριόπας] ἔρχεται. Νεῖται τοι Τριόπας· Ἐρυσίχθονα δ' ἤλασε κάπρος·
Πίνδον ἀν' ὠδάξκειαν, ὁ δ' ὀννέα φάεα κεῖται.
Δειλαίη φιλότεκνε τί δ' οὐκ ἐψεύσαο μᾶτερ;
Δαίνυεν ἐλαπίνας] Εἰ ἑτέων φίλοις ἑῶν υἱός, ἐζήτεῦν δ' Ἐρυσίχθων, ἔλεγε δὲ μήτηρ, Ἐναίμοβρίοις οἰκήμασιν ὄζει. Δαίνυεν ἐλαπίνας τις; ὁ δ' ἀλλοτρίοις Ἐρυσίχθων.
Ἄγετό τις νύμφαν; Ἐρυσίχθονα δίσχες ἔτυψεν·
Ἦ ἔπεσ' ἐξ ἵππων, ἢ ὁ Ὀθρυϊ ποίμνι' ἀριθμεῖ.
Ἐνδόμυχος δ' ἤπειτα πολυμήλους εἰλαπινάζας
Κακὰ δ' ἐξάλεπτε] Ἠνύξατο ὅπη ᾧ ἐθέλοι. Ἤαθιε μυελὰ πολλὰ· κακὰ δ' ὀξάλλετο γαστὴρ
Αἰεὶ μᾶλλον ἐδόντι. τὰ δ' ἐς βυθὸν οἷα θαλάσσης
Ἀλεμάτως] ματαίως. Πλάγκτων] Ἡ κίνητος νύμφη. Ἀλεμάτως ἀχάεσκε κατέρρεεν εἴδατα πολλά.
Ὡς δὲ Μίμαντι χιὼν, ὡς ἀελίῳ ἔνι κηρὸς πλάγκτων,
Καὶ τούτων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο· μέσφ' ὅτε νηδὺς
Δειλαίῳ ἵνές τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἔλειφθεν.
Κλαῖε μὲν ἀ μάτηρ, βαρὺ δ' ἔστενον αἱ δύ' ἀδελφαί,
Χὠ μαστὸς τὸν ἔπινε] Καὶ ὁ μαστὸς ὃν ἔπινεν. ἤγουν ἡ θρέψας. Χὠ μαστὸς ⟨illegible⟩ ἔπινε, καὶ αἱ δέκα πολλάκι δῶλαι.
Καὶ δ' αὐτὸς Τριόπας πολιαῖς ὅτε χεῖρας ἔβαλλε,
Τοῖα ⟨illegible⟩ οὐκ ἀΐοντα Ποσειδάωνα κελιχρέων,
Αἰολίδος Καινέως γλωὸς] Ἡ Καινὶς μήτηρ Τριόπα, συγάτηρ Αἰόλου. Ὑδροπάτωρ, ἴδε τόνδε τεὸν τέκτονα· εἴσορ ἐγὼ μὲν
Σοῦ τε καὶ Αἰολίδος Καινέως γλωὸς, αὐτὰρ ἐμεῖο
Τοῦτο δ' ἀείλαιον γλωὸν βρέφος. αἴθε γὰρ αὐτὸν

Mater Actorionis (quoniam nuptias adornabat filio) 80 Vtrunque,& Triopam & filium *Eryſichthonẽ*,vocans. Sed huic mulier perturbata reſpondebat,illacrymans, Veniet tibi Triopas:ſed Eryſichthonem ſeriuit aper Pindo in peruocali,& ipſe nouẽ dies *nunc* iacet. Miſera,filij amarrix,quid non ementita es mater? 85 Præbebat aliquis eœnas? peregrè *erat* Eryſichthon. Ducebat aliquis vxorem? Eryſichthonem diſcus pereuſſit: Aut decidit equo,aut in Othryi greges numerat. Abditus itaque deinceps per totos dies conuiua *Eryſichthon* Comedebat, innumera omnia, malúſque exiliebat venter 90 Semper plus comedenti, ſed quaſi in fundum maris, Fruſtra ingrata defluebant eſculenta omnia. Vtque in Mimante niues, vt in ſole cerea pupa, Et plus quàm iſthæ contabeſcebat: donec ſuper neruos Miſero fibræque & oſſa ſolummodo reliqua eſſent. 95 Flebat quidem mater,grauitérque ingemiſcebãt duæ ſorores, Et mamma quam ſuxit,& decem erebrò famulæ. Et ipſe Triopas in eanos *ſuos* manus iniecit, His verbis ſurdum Neptunum inuocans. Falſe pater,aſpice hunc tuum tertium,ſi quidem ego 100 Tuus & Æolidis Canaces filius.ſed enim meus Hic miſer factus eſt puer.vtinam enim ipſum

» Βλητὸν ἐκ' Ἀπόλλωνος ἐμαὶ χέρες ἐκτερέιξαν·
» Νεῶ δὲ κακὰ βούβρωστις ἐν ὀφθαλμοῖσι κάθηται.
» Ἢ ὅσσα σὺν χαλεπὰν νόσον, ἠέ μιν αὐτὸς
» Βόσκε λαβών. ἀμαὶ γὰρ ἀπειρήκασι τράπεζαι.
» Χῆραι μὰν μαίδραι, κενεαὶ δέ μοι αὔλιες ἤδη
» Τετραπόδων. ἤδη γὰρ ἀπηρήσαντο μάγειροι.
» Ἀλλὰ καὶ οὐρῆας μεγάλως ἐκ' ἔλυσθε ἄμαξαι,
» Καὶ τὰν βοῦν ἔφαγεν τὰν Ἑστίᾳ ἔτρεφε μάτηρ,
» Καὶ ⟨Ⓜ⟩ ἀεθλοφόρους καὶ ⟨Ⓜ⟩ πολεμήιον ἵππον,
» Καὶ τὰν αἴλουρον τὰν ἔτρεμε θηλα μύκα.
» Μέσφ' ὅτε μὰν Τελόπαο δόμοις ἔνι χρήματα κεῖτο,
» Μοῦνοι ἄρ' οἰκεῖοι θάλαμοι κακὸν ἤπίσαντο·
» Ἀλλ' ὅτε ⟨Ⓜ⟩ βαθὺν οἶκον ἀνεξήραινον ὀδόντες,
» Καὶ τόθ' ὁ τῶ βασιλῆος ἐνὶ τριόδοισι κάθητο,
» Αἰτίζων ἀκόλοις τε καὶ ἐκβολα λύματα δαιτός.
Δάματερ, μή τιν' ὄιος ἐμὶν φίλος ὅς τοι ἀπειθής,
Εἴη, μηδ' ὁμότοιχος· ἐμοὶ κακογείτονες ἐχθροί.
Εἴπατε παρθενικαί, καὶ ὅτι φθέγξασθε τεκοῦσαι,
Δάματερ μέγα χαῖρε, πολύτροφε, πουλυμέδιμνε.
Χ' ὡς αἰ ⟨Ⓜ⟩ κάλαθον λευκώτερον ἵππου ἄγοντι
Τέσσαρες· ὡς ἁμῖν μεγάλα θεὸς βύρσαισα,
Λευκὰν ἔαρ, λευκὰν ὀπὸρ καὶ χεῖμα φέρησα.
Ἥξει, καὶ φθινόπωρον, ἔτος δ' εἰς ἄλλο φυλάξει.

Tαὶ Ἑστίᾳ ἔτρεφε] ἐν τῷ Ἑστίᾳ.
Ἤτοι τῇ Ἑστίᾳ ἔτρεφεν ἡ αὐτὴ μήτηρ.
Καὶ τὰν αἴλουρον] Τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κάτθον.
Θηλα μυκᾶ] ἡ μήτηρ.
Ἀνεξήραινον] Ἔρημον ἔπινον.
Ἀκόλοις] ῥᾶπις.

Occisum *peste* ab Apolline, meæ manus funeraſſent. Nunc autem acerba inedia in oculis eius deſidet. Aut ab eo auerte difficilem morbum, aut eum ipſemet deuora arreptum. meæ enim defecerunt menſæ. Viduata quidem *pecudibus* ſepta: vacuæ mihi nunc caulæ. Quadrupedibus. nam nunc abnegarunt coqui *cibos*. Sed & mulos à magnis ſoluerunt curribus: Et bouem comedit quem lari *vel Veſtæ* alebat mater, Et victorem in certaminibus & bellicum equum, Et felem quem timebant animalcula parua, *demorsuit*. Quantiſper quidem Triopæ in domo res fuerunt, *Tantiſper* ſoli domeſtici thalami malum *hoc* nouerant: Sed quum profundam domum exiccarent dentes *Erysichthonis*, Tum ſanè regis filius in triuiis ſedebat, Corrogans buccellas, & reiiculas ſordes conuiuii. O Ceres, ne ille meus *ſit* amicus, qui tibi inuiſus Fuerit: neque contubernalis *ſit meus*. mihi mali vicini odio ſunt. Dicite virgines, & acclamate mulieres, Ceres multũ ſalue, quæ multis alimentis & multis abundas medimnis. Et quemadmodum calathum albicomæ equæ ferũt Quatuor: ſic nobis magna dea, latè potens regina, Album ver albámq; æſtatem & hyemem afferens Veniet, atque vindemiam: annúmque in alium cuſtodiet.

Γαλατηρίας] ἀλλαζεῖς. Ὡς αἱ λικνοφόροι χρυσῶ πλέα] Ἢ χρυσοῦ πλήν. ὠιδμα· ἔστι δὲ ἐπιχώσεως αὐτά.

Ὡς δ' ἀπεδίλωτοι καὶ ἀμπυκες ἄξυ πατοῦμες,
Ὡς πόδας ὡς κεφαλὰς πάμπαν πρέας ἔξομες αἰεί.
Ὡς αἱ λικνοφόροι χρυσῶ πλέα λίκνα φέρουσι,
Ὡς ἄμμες χρυσοῦ πλέον ἀφειδέα πανάμεθα.
Μέσφα τὰ τᾶς πόλιος Πρυτανήια τᾶς ἀτελέσας,
Τὰς δὲ τελεσφορίας ποτὶ τὰν θεὸν ἄγεις ὁμάρτειν,
Αἵπινες ἐξήκοντα κατώτεραι, αἵ τε βαρεῖαι·
Χἄπις Ἐλειθυία τείνει χέρα, χἄπις ὀδ' ἄλγει,
Ὡς ἄλις ὡς αὐτὰν ἰθμὸν γόνυ. ταῖσι δὲ Δηὼ
Δωσεῖ πάντ' ὀπίμεσα, καὶ ὡς ποτὶ νοῦν ἵκωνται.
Χαῖρε θεά, καὶ τάνδε σάω πόλιν ἔρδ' ὁμονοίᾳ,
Ἔν τ' ὠπιμέλια· φέρε δ' ἀγρόθι πάντα τέλεια.
Φέρβε βόας, φέρβε μᾶλα· φέρε στάχυν, οἷσι θερισμόν.
Φέρβε καὶ εἰράναν, ἵν' ὃς ἄροσε, κεῖνος ἀμάσῃ.
Γλαθί μοι πείλιξ μέγα χρείουσα θεάων.

Πρυτανήια τας ἀπλέστας] Ταὶς ὧν ἀμυήτοις καλδύω μέχρι τῶ πρυτανήου ὥστε χωρεῖσθαι· ἄπιτες δὲ εἰσὶν ἐξήκοντα ἑταιτῶν, ἢ καὶ πλειόνων, ταύτας καλδύω χ' ὃ δυνατὸν ἀκολουθοῦσας τῷ καλάθῳ.

ταῖς δ' ἀπλέστας.

Ταῖσι δὲ Δηὼ] Ταῖς ἐλθούσαις καὶ ταῖς μὴ ἐλθούσας ἴσον μοῖραν δώσει.

125 Et quemadmodum discalciatæ & vittis exutæ vrbem perambulamus, Sic pedes sic capita omnis prorsus damni expertia semper habeamus. Et quemamodum canophoræ auro plena canistra ferunt, Sic nos aurum immensum possideamus. Vsque ad vrbis Pryancum non initiatæ *feminæ*, 130 At initiatæ ad ipsam deam vsque congrediantur, Tam quæ sexaginta *annis* minores, quàm quæ maiores sunt. Quæ vero Lucinæ manus tendit, & quæ in dolore *est*, Quantum satis est, *eant*, & quantum sufficit earum genu. ipsa autem Ceres Dabit omnia abundè plena, vt etiam ad templum perueniant. 135 Salue dea, & hanc serua ciuitatem ínque concordia Inque felicitate, & refer ex agris matura omnia. Pasce boues, pasce oues, fer spicam, fer messem, Foue & pacem. vt qui arauit, ille & metat. Propitia sis mihi, ter optata, magna regina dearum.

HENRICVS STEPHANVS LECTORI.

Quum, excusis Callimachi hymnis, adeò pauca ex tam multis tam docti támque elegantis poetæ poematiis supereſſe non dolerem tantùm, sed etiam (qui meus est erga illius Musam amor) ingemiscerem: cœpi de tabulis saltem tanquam ex naufragio colligendis cogitare. Dum verò non tabulas sed tabularum duntaxat fragmenta colligerem, commodùm in mentẽ venit integri poematii de coma Berenices, quod Catullus interpretatus esset. Hoc mihi tanquam ἕρμαιον quoddam, quum gaudium, aut saltem aliquid solatii attulisset, eiusdem te siue gaudii siue solatii vt participem facerem, poematium illud, cum Antonii Mureti commentariis (sicut Græca quæ præcedunt, suos habent) apponendum hûc, eique eiusdem Catulli epistolium ad Ortalum (in cuius gratiam & cuius rogatu illa Callimachi carmina ex Græcis Latina se feciſſe testatur) præponendum curaui. Quòd autem epistolium appellaui, id vel ipsi Catullo probari posse, alibi ea voce vtenti, existimaui. Vale.

C. VAL. CATVLLI EPISTOLIVM AD ORTALVM, in quo Callimachi carmina à se expressa mittere se ad eum dicit.

ETSI me aßiduo confectum cura dolore
Seuocat à doctis Ortale virginibus,
Nec potis est dulces Musarum expromere fœtus
Mens animi: tantis fluctuat ipsa malis.
Nanque mei nuper Lethæo gurgite fratris,
Pallidulum manans alluit vnda pedem:

Etsi me aßiduo] Receperat Ortalo, se Callimachi Elegiá de coma Beronices expressurum Latinis versibus., eique missurum. Id igitur se, quanuis multis ex fraterna morte doloribus præpeditum, præstitisse dicit, ne rei sibi ab amico mandatæ immemor videretur. *Mens animi*] Ita legendum est, non, vt alii ineptè legunt, Mens hominum. Plautus Cistellaria, Nullam mentem animi habeo. vbi sum, ibi non sum. Idẽ Epidico, Pauor territat mentem animi. Sic ingenium animi dixit poeta quidam vetus, quem citat Cornificius libro secũdo ad Herennium, Sin inuerecundum animi ingeniũ possidet. Sic & Virgilius amentem animi Didonem.

Troïa Rheteo quem subter littore tellus
Ereptum nostris obtegit ex oculis.
Alloquar? audieróne vnquam tua verba loquentem?
Nunquam ego te, vita frater amabilior,
Aspiciam posthac? at certè semper amabo,
Semper mœsta tua carmina morte canam,
Qualia sub densis ramorum concinit vmbris
Daulias, assumpti fata gemens Ityli.
Sed tamen in tantis mœroribus Ortale mitto
Hæc expressa tibi carmina Battiadæ:
Ne tua dicta vagis nequicquam credita vētis
Effluxisse meo forte putes animo:
Vt missum sponsi furtiuo munere malum
Procurrit casto virginis è gremio,
Quod misera oblita molli sub veste locatum,
Dum aduentu matris prosilit, excutitur:
Atque illud prono præceps agitur decursu,
Huic manat tristi conscius ore rubor.

Alloquar?] Recordatione mortis fraternæ, tantum dolorem animo sentit, vt eius magnitudine per aliquot versus abducatur à re proposita.

Daulias] Fabula ex Ouidio nota est.

Vt missum] Ne putes tua dicta ita ex meo animo effluxisse, vt malum è gremio virginis solet.

Sponsi] Proci. vt apud Horatium, Sponsi Penelopes.

E gremio] Nec mulieri, nec gremio credi oportere, prouerbium est: quòd & illa ineerti & leuis animi est: & plerunque in gremio posita, quum in obliuionē venerint exurgentium, decidunt. Festus.

CALLIMACHI POEMATIVM DE COMA BERENICES, à Catullo Latinis versibus redditum.

Huius poematis hoc ferè argumentum est. Ptolemæus cognomento Euergetes Berenicen, seu Beronicen, (vtroq; enim modo nomen hoc scriptum reperio) Ptolemæi Philadelphi ex Arsinoe priore filiā, sororem suam, in matrimonio habuit. neque enim ea cōiunctio, inhonesta AEgyptiorum legibus habebatur. Ea recens ducta, contigit vt expeditionem aduersus Assyrios susciperet: in quam quum proficisceretur, vouisse crinem suum Veneri Berenice dicitur, si sibi vir suus sospes victórque rediret domum. Cuius deuotionis suæ quum re præclarè à Ptolemæo gesta, conuictam se iudicio

deorum immortalium videret, quò se religione exolueret, crinem ritè in Veneris æde appẽdit. Is quum postridie repertus non foret, magnóque ob eam rem rex reginaque in mœrore essent, Conon mathematicus ea tempestate excellens persuasit ipsis crinem deûm numine sublatum in cœlum, & in sidus conuersum fuisse: idque Callimachus, qui principem illum propter singulare bonarum artium studium, numinis loco habebat, hoc poemate complexus est. Principium autem continet insignem commendationem Cononis, à præstanti cœlestium rerum scientia.

OMNIA qui magni dispexit lumina mundi,
Qui stellarum ortus comperit atque obitus,
Flammeus vt rapidi solis nitor obscuretur,
Vt cedant certis sidera temporibus,
'Vt Triuiam furtim 'sub Latmia saxa relegans
Dulcis amor, gyro deuocet aerio:
'Idem me ille Conõ cœlesti numine vidit,
E Beroniceo vertice cæsariem,
Fulgentẽ clarè: quam multis illa dearum,
Leuia protendens brachia, pollicita est,
Qua rex tẽpestate nouis auctus hymenæis,
Vastatum fines iuerat Assyrios,
'Dulcia nocturnæ portans vestigia rixæ,
Quam de virgineis gesserat exuuiis.
'Estne nouis nuptis odio Venus? 'anne parentum
Frustrantur falsis gaudia lacrymulis,

Vt Triuiam] Lunam. *Sub Latmia saxa*] Ad deosculãdum Endymionem, qui illic ab ipsa sopitus esse dicitur. *Idem me ille Conon*] Versus Græci duo reperiuntur apud Theonem, cõmẽtariis in Aratum, quos quatuor versibus hoc loco Catullus expressit. Nam quum dixisset Aratus, ad Virginis sidus sparsas esse stellas aliquot quæ nomine carerẽt, addit ille quẽ modò nominaui interpres, οἱ δ' ἀπὸ κείνου αὐτὰς λέγουσι. Κόνων δὲ ὁ μαθηματικὸς, Πτολεμαίου χαριζόμενος Βερενίκην πλόκαμον ἐξ αὐτῆς κατασχέσει τοῦτο ἡ Καλλίμαχος φησίν. Ἡδὲ Κόνων μ' ἔδωκεν ἐν οὐρανῷ ἐν μέσῃ Βερενίκης Βόστρυχον, ὃν πάλιν πᾶσαν ἔθηκα θεοῖς *Dulcia nocturnæ*] Impressas collo labrisque dentium notas, aliáque eiusmodi. *Estne nouis nuptis*] Expositurus dolorem quem Berenice ex viri abitu cepit, primùm interrogat, veréne an falsò lacrymentur puellæ, quum deducuntur ad viros: & num graue ipsis sit, sua virginitate spoliari. Deinde respondet, fictum esse totum illud lacrymarum genus: idque ex eo colligit, quòd Berenice magnam vim querelarum marito discedente profudit. Si enim nocturnos illos conflictus odio haberent puellæ, nunquam tantopere doluisset Berenice, sibi, absente viro, soli cubandum fore. Ac, quoniã id paulo lasciuius dictũ videri poterat, addit aliam causam illius doloris: negátque doluisse illam quòd à viro, sed quòd à fratre carissimo seiungeretur. *Anne parentum*] Tale quiddam dixit & in posteriore nuptiali carmine.

Vbertim thalami quas intra limina fundunt?
Non, ita me diui, vera gemunt, 'iuerint.
Id mea me multis docuit regina querelis,
Inuisente nouo prælia torua viro.
At tu non orbum luxti deserta cubile,
Sed fratris cari flebile 'dissidium,
Quum penitus mœstas exedit cura medullas.
Vt tibi nunc toto pectore solicitæ
Sẽsibus ereptis mẽs excidit. atqui ego certè
Cognorã à parua virgine 'magnanimã.
'Anne bonum oblita es facinus, quo regiũ
adepta es
Coniugium, 'quo non fortius ausit alis?
Sed tum mœsta virum mittens, quæ verba loquuta es?
Iuppiter, vt tersti lumina sæpe manu.
Quis te mutauit tãtus deus? an quòd amã-
Non longè à caro corpore abesse volũt?
'Atque ibi præ cunctis, pro dulci coniuge, diuis
Non sine taurino sanguine pollicita es,
Si reditum tetulisset is haud in tempore longo, &
Captã Asiam AEgypti finibus adiiceret.
'Queis ego pro factis cœlesti reddita cœtu,
Pristina vota nouo munere dissolüo.

Iuerint] E verbo, Iuuerint, posteri' v detractum est, sicq; commissione vocalium, prima syllaba breuis effecta. *Dissidiũ*] Separationẽ corporum hoc loco indicat. Cicero Pro domo sua, De fleui coniugis miseræ dissidium, liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis, amãtissimi atque optimi, casũ. Idem in Antoniũ, Ipse autem amore ardens, confirmabat, quòd desideriũ tui dissidii ferre non posset, se in exilium esse iturum. *Magnanimam*] Hyginus libro secũdo Astronomicon, Hãc Beroniccn (inquit) nonnulli cum Callimacho dixerunt equos alere & ad Olympia mittere consuetam. Alii dicũt hoc amplius, Ptolemæum Beronices patrẽ, multitudine hostium perterritum, fuga salutem petisse: filiam autem sæpe consuetã, insiliisse in equum, & reliquã exercitus copiam constituisse, & complures hostium interfecisse, reliquos in fugam conicciſſe. Pro quo etiam Callimachus eam magnanimam dixit. *Anne bonum oblita es facinus*] illud videlicet quod modò ex Hygino retulimus. Subindicat autem, ex illo facinore fratrem ipsius amore esse correptum. *Quo non fortius ausit alis*] Quo facinore nullum fortius, maioriſve animi, à quoquam alio suscipi queat. Alis enim, ait Priscianus libro x t i, antiquissimi pro aliis protulerunt. *At quæ ibi*] Post hoc distichon, aliquot versus desiderantur, quibus, vt suspicor, Berenices vota exequebatur poeta. *Queis ego pro factis*] Id est, Quæ quoniam ita contigerunt vt tu à diis popoſcecras, tuáque illa deuotio conuicta & commissa est.

Inuita

Inuita ô regina tuo de vertice cesi,
Inuita: adiuro téque tuúmque caput:
'Digna ferat, quod siquis inaniter adiura-
'Sed qui se ferro postulet esse parẽ? [rit.
'Ille quoque euersus mons est, quem ma-
xima in oris
Progenies Phthiæ clara superuehitur,
'Quum Medi irrupêre nouũ mare, quúmq; iuuentus
Per medium classi barbara nauit Atho.
'Quid facient crines, quũ ferro talia cedãt?
'Iuppiter, vt Chalybωn omne gen⁹ pereat:
Et qui principio sub terra quærere venas
Instítit, ac ferri frangere duritiem. [res
'Abiũctæ paulo antè comæ mea fata soro-

Digna ferat] Quod caput tuũ siquis inaniter adiurare ausus fuerit, moritas pœnas violatæ religionis luat. *Sed qui se ferro*] Quomodo ego, quæ mollis sũ & tenera, ferro resistere potuissem, quũ montes quoq; ipsi ferro exeindantur? *Ille quoque euersus*] Montem Atho significat, ab exercitu Xerxis excisum. Cæterùm locus hic variè legitur, variéque exponitur. à nónullis hoc modo, Ille quoq; euersus mons est, quem maxima natu Progenies Phthiæ clara superuehitur. iísque exponũt maximã natu Phthiæ progeniem, populos eius montis verticẽ incolentes, qui diutissimè viuant, ob idq; Macrobii vocentur. Athos enim modò Thraciæ, modò Macedoniæ, modò Phthiæ, id est Thessaliæ, tribuitur. Alii legunt, Ille quoque euersus mons est, quem maximũ in oris Progenies Phthiæ clara superuehitur. exponúntque claram progeniem, ipsum Xerxis exercitum. In verbo autem Superuehitur esse enallagen temporum, vt sit præsens pro præterito. Nec desunt qui legant, maximum in orbe. Omnino deprauatus locus est, neque, nisi antea purgatus fuerit, satis commodè vel à me vel à quoquam alio explicari potest. *Quum Medi*] Historia ex Herodoto, Plinio, Iustino, Probo, aliísque, notissima est. *Quid facient crines*] Complexio à maiori. *Iuppiter Vt Chalybon omne genus pereat*] Versum hunc primus restituit Angelus Politianus, è scholiis in Apollonium, vbi locus hic è Callimacho citatur, -Χαλύβων αἰὲ Χαλύβεσσι πολίτης ἥρως. Τοῖσδε κατὰ σπείσαντα κακὸν φυτὸν ἄμμι ἔολπας. Apud Politianum tamen πολίτης pro γαίδης legitur, sed malè. Videndum quoque num prior versus ita legi possit, Ζεῦ πάτερ, ὡς Χαλύβεσσι καὶ Χάλυπος ἥρως. Chalybes autem, Scythiæ populi sunt, ad fluuiũ Thermodontem: dicti à Chalybe, Martis filio, qui ferrum ferríque vsum primi inuenerunt. Hinc est quòd Scythiam AEschylus vocat σίδηρον πνέουσαν. Virgilius, India mittit ebur, molles sua tura Sabæi, At Chalybes nudi ferrum. *Abiunctæ*] Deprauatum esse locum hunc, nemo non videt. Cùm autem & veteres libri nihil opis adferant, & coniectura omnis periculosa sit, parcè omnino hos versus & timidè attingam. Extarẽt Græca Callimachi: facilia omnia & expedita essent. at hoc, optare est. Quantum igitur in tantis tenebris videre possum, hic sensus est. Comæ sorores, ex nempe quæ in reginæ capite remanserant, lugebant mea fata, quæ paulo antè à suo consortio abiuncta essem: quum ales equus Chloridos, quæ Zephyri vxor est, (de hoc autè equo nihil alibi reperire potui) obtulit se mihi Arsinoæ: (id nomen vtbis est, quam Ptolemæus Philadelphus à se conditam, fororis nomine insignierat) idque Memnonis Æthiopis vnigena, id est Aurora, quæ vnum Memnonem ex Tithono genuit, impellente aera natantibus pennis, (ita enim hoc postremum in veteribus nonnullis legitur) id est, exoriente. Hæc attuli, quia, vt verum fatear, nihil aptius excogitare potui: non quòd ipsi mihi magnopere satisfaciant. Siquis vel ingenio vel eruditione maiore instructus, quod facillimũ est, vel meliores libros nactus, veriora protulerit, gratulabor. Pegasum quidem,

excusso Bellerophonte, Auroræ à Ioue dono datum, narrat interpres Homeri in v 1. Iliados: si quid hoc fortè ad rem facit. Etenim in tam deprauato loco haud sanè video qua via insistere, porreat.

Zephyritis] Chloris.

Famulum] equũ ipsum. *Grata Canopæis*] Hic quoq; versus OEdipum quẽpiã desiderat. Nã quòd nõnulli de Venere hoc intelligunt, quæ in AEgypto colatur, manifestò alienũ est. *Scilicet*] Nimirum, ne vnum tantùm sidus esset in cœlo, è puellæ temporibus decerptum, nempe corona Ariadnes: sed ego quoque eum numerum augerẽ. *Vuidulam à fletu*] Madentem lacrymis, quas quòd à regina diuellerer, profuderam. *Ad templa deûm*] In cœlum. *In antiquis*] Inter antiqua sidera. *Diua*] Venus. *Virginis*] Quam alii Erigonen, alii Astræam esse dicũt. Indicat autem locum, quo posita est coma, enumeratione vicinorũ siderum. *Callisto iuncta Lycaoniæ*] Ad Vrsam, in quã versa est Callisto Lycaonis filia. Hoc autem sidus, & plaustrũ quoque & septẽ triones vocãt. Porro Proculus quoq; ad finem sphæræ, comã numerat inter signa ad septẽ triones vergentia. *Bootem*] Qui & Arcturus & Arctophylax dicitur. tardũ autem vocat, quòd serò admodum occidat. *Sed quanquam*] Quanquam (inquit) eum honorem assequuta sum, vt noctu quidem vestigia me deorum cœlo incedentium premant: interdiu autem vnà cum cæteris stellis Tethyos gremio, id est mari, excipiar: tamen lætitiam ex his rebus tantam non capio, quantum dolorem ex eo quòd hærere amplius in dominæ capite non possum. *Pace tua*] Quia arrogantius videri poterat quod dictura erat, se non tanti facere siderũ consortium, vt non mallet adhuc in dominæ capite hærere: iccirco prius Nemesin deprecatur. *Non si me infestis*] Non, si scirem fore vt me, ob hoc dictum, signa indignata discerperent.

Lugebant, cùm se, Mẽnonis AEthiopis
Vnigena impellente natãtibus aera pẽnis,
Obtulit Arsinoes Chloridos ales equus.
Isq; per ætherias me tollens aduolat auras,
Et Veneris casto collocat in gremio.
Ipsa suum Zephyritis eò famulũ legarat,
Grata Canopæis incola littoribus:
Scilicet in vario ne solùm limite cœli
Ex Ariadnæis aurea temporibus
Fixa corona foret, sed nos quoque fulgere-mus
Deuotæ flaui verticis exuuiæ.
Vuidulam à fletu, cedentem ad templa deûm, me
Sidus in antiquis diua nouum posuit.
Virginis & sæui contingens nanq; Leonis
Lumina, Callisto iuncta Lycaoniæ,
Vertor in occasum, tardũ dux ante Bootẽ,
Qui vix serò alto mergitur Oceano.
Sed quanquam me nocte premunt vestigia diuûm,
Luce autem canæ Tethyi restituor:
(Pace tua fari hæc liceat Rhãnusia virgo.
Nanque ego nõ vllo vera timore tegã,
Non si me infestis discerpãt sidera dictis,

Condita quin verè pectoris 'euolũam)
Non his tam lætor rebus, quàm me abfore, semper
Abfore me à dominæ vertice diſcrucior.
'Quicum ego, dum virgo quondam fuit 'omnibus expers,
Vnguentorum vnà millia multa bibi.
'Nũc vos, optato quas iũxit lumine tæda,
Nõ priùs vnanimis corpora cõi ugibus
Tradite, nudantes reiecta veſte papillas,
Quàm iucũda mihi munera libet 'onyx,
Veſter onyx, caſto colitis quæ iura cubili.
Sed quæ ſe impuro dedit adulterio,
Illius mala dona leuis bibat irrita puluis.
Nanque ego ab indignis præmia nulla peto.
'Sic magis ô nuptæ ſemper concordia, veſtras
Semper amor ſedes incolat aſsiduus.
'Tu verò regina tuens cùm ſidera, diuam
Placabis 'feſtis luminibus 'Venerem
Sanguinis expertem, nõ votis eſſe tuã me,
Sed potius largis effice muneribus.
Sidera cur retinent? 'vtinã coma regia fiã,
Proximus Arcturos fulgeat Erigonæ.

Euoluam] Dixteſis. *Quicum ego*] Quæ me, quandiu virgo fuit, multis vnguentorum millibus perunxit. *Omnibus expers*] intacta. Expers autem cum ſexto caſu coniunxit, more veterum. Plautus, Eo te more expertem factam adueniens offendi domum. Idem, Eares me domo expertem faeit. *Nunc vos*] Nouas nuptas orat vt neantè eõiugibus faciant copiam ſui, quàm in ipſius honorem, partẽ vnguenti aliquam libauerint. Libare autem hîc valet ſpargere: vt, Dixit, & in menſa latieũ libauit honorem. *Onyx*] Vas vnguẽtarium ex onyche gemma. *Sic magis*] Sic magis ac magis in dies vobis cum viris veſtris eõueniat, magiſque aſſiduè inuicem ametis. *Tu verò regina*] Tandem ad reginam ſe conuertit, ſuadéique, vt non ocioſis ac inanibus votis, ſed largis muneribus adducat Venerem vt ſe è cœlo rurſum in caput, à quo abſciſſa fuerat, redire patiatur. *Feſtis luminibus*] Diebus feſtis. *Venerem ſanguinis expertem*] Venerem Paphiam, cuius aram ſanguine maculari nefas erat. Itaque ture tantùm ei floribúſque fiebat. Virgilius, Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedéſque reuiſit Læta ſuas, vbi templum illi, centumque Sabæo Ture calent aræ, ſertiſque recentibus halant. *Vtinam coma regia fiam*] Vtinam (inquit) rurſum redeam in caput reginæ, fulgeátque Bootes ſiue Arcturos proximus Erigonæ, vt priuſquam ego in ſidus conuerterer, interiicerérque inter ipſum & Erigonen. Poſtremus autem verſus, vt à nobis ſcriptus eſt, ita legitur in veteribus libris: etiámque ratio ipſa, vt ita legatur, neceſſariò poſtulat. Quo magis mirandum eſt, quid cogitarit Politianus, quum hũc locum adhibita induſtria corrumperet, collectis, ſi diis placet, multis locis, quibus planum faceret, à Græcis interdum Oarionem pro Orione dici: quaſi id ageretur. Itaque meritò incidit in aculeos reprehenſorum, præcipuè Marulli, qui quodlibet vadimoniũ (vt dicitur) potius deſeruiſſet, quàm vllam exagitandi illius occaſionem.

CALLIMACHI EPIGRAMMATA, EX VARIIS autoribus per Nicodemum Frischlinum collecta, & versibus Latinis exposita.

1 In coniugum æqualitatem, apud Diogenem Laertium, in vita Pittaci.

Ξεῖνος Ἀτραρνείτης τὶς αἰήρετο Πιτθακὸν οὕτως,
Τὸν Μιτυλιναῖον, παῖδα Ὑρράδιου·
Ἄτθα γέρων, δοιός με καλεῖ γάμος. ἡ μία μοὶ δὴ
Νύμφη καὶ πλούτῳ καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ·
Ἡ δ' ἑτέρη τοιόσδε. τί λώιον; εἰ δ' ἄγε, σεῦ μοι
Βούλευσον, ποτέρῃ εἰς ὑμέναιον ἄγω.
Εἶπεν. ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας,
Ἥνίδε, κεῖνοι σοὶ πρῶ ἐρέουσιν ἔπος.
(Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πλαγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
Ἔτρεφον ὀρφναίῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ)
Κείνων ἔρχεο, φησί, μετ' ἴχνια. Χὠ μοὶ ὑπέιξη
Πλησίον οἱ δ' ἔλεγον, τῷ χεῖ σαυτὸν ἔλα.
Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου
Δεχθαι, παίδων χλωρὸν ἰνωμένος.
Τῷ δ' ὀλίγην, ὡς ξεῖνος, ἐς οἰκίον ἤγαγε νύμφην.
Οὕτω καὶ σὺ Δίων τῷ χεῖ σαυτὸν ἔλα.

Hospes Atarnæus quærebat Pittacon olim,
Quem Mitylena satum protulit Hyrradios
Atta senex, me bina petunt connubia. virgo
Vna mihi par est & genere atque opibus:
Altera vincit vtroque, quid hîc consultius? ede,
Quæ potius nostro sit socianda toro.

Dixit at hic baculum, tunc arma senilia, tollens,
Aspice, totam illi rem profitentur, ait.
(Nanque exercebant pueri vacua atria circum
Tunc celeres torto verbere fortè trochos)
Horum (inquit) sectare viam. Quos ille sequutus,
Audit, iam propior, Tu tibi iunge parem.
Vtque hæc audiuit, maioribus abstinet hospes
AEdibus, & puerûm iussa iocosa facit.
Ergo vt Atarnæus tenuem sibi duxit amicam,
Sic & amice parem tu tibi iunge Dion.

2 In Heraclitum poetam, apud eundem Diogenem lib. 9. & Anthol. epigramm. lib. 3.

Εἶπέ τις Ἡράκλειτε τεὸν μόρον· ἐς δέ με δάκρυ
Ἦγαγε, μνήσθην δ' ὁσάκις ἀμφότεροι
Ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν. ἀλλὰ σὺ μέν που
Ξεῖν' Ἁλικαρνησεῦ τέτρασι πασσοδίῃ·
Αἱ δὲ σαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ὧν ὁ πανάρπαξ
Ἅρπαξ τὰς ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

Heraclite, tuam mihi mortem dixit amicus,
Quum subitò lacrymis immaduêre genæ.
Nam memini quoties sub aprico sole iocati
Simus: at in cineres nunc abiêre ioci.
Sed philomela tamen viuit tua Musa, nec illi
Mors rerum domitrix iniicit atra manus.

3 In Timonem μισάνθρωπον, apud Plutarchum, in vita Antonii.

Τίμωνι μισάνθρωπος ἐσοικέω· ἀλλὰ παρελθὼν,
Οἰμώζειν εἴπας πολλὰ, παρελθὲ μόνον.

Hîc hominum Timon cubat osor: abito precatus
Antea Timoni dira, viator abi.

4 In vinum, apud Athenæum, lib. 2, cap. 1.

Οἶνος μὲν πίνειν ἔχει μόνος, οὔτ' αὖ ἐς ἄνδρας

Ἔλθη· κωμάζει δ' οἷα Λίβυσσα θάλασσα
Βορρῆς, ἢ νότος. τὰ δέ τοι κεχυμένα φαίνει
Βυσσόθεν· ὣς δ' ἀνδρῶν πολλὸν ἐπίναξε νόον.

Vina ingressa viros exæquant viribus ignem:
Vtque tumet Libyci fluctibus vnda maris,
Quem Notus aut Boreas vertit de sedibus imis,
Sic fiunt nimio turbida corda mero.

5 In Polypum, apud eundem, lib. 7. cap. 32.

Κόγχος ἐγὼ Ζεφυρῆτι παλαίτερος· ἀλλά σύ νῦν μοι
Κύπρι, σελιναίης αἴθεμα θεῖον, ἔχεις
Ναυτίλον· ὃς πελάγεσσιν ἐπέπλεον εἰ μὲν ἀῆται,
Τείνας οἰκείων λαῖφος ἀπὸ προτόνων·
Εἰ δὲ γαλιναίη, λιπαρὴ θεός, οὖλος ἐρέσσων
Ποσσὶν, ἵν' ὥσπερ καὶ θωὸμα συμφέρεται.
Ἔστ' ἔπεσον πολιὰ θῖνας Ἰουλίδος, ὄφρα γλώμῃ
Σοὶ δ' εὐσκέπλου παίγνιον Ἀρσινόης.
Μηδέ μοι ὀρθαλμοῖσιν ἐθὼς πάρος (εἰ μὲν γὰρ ἄρτι
Τίκτει τ' ἀηδοτέρης ὠΐον Ἀλκυόνης)
Κλεινὸν ἄλλα θυγατρὶ δίδου χάριν. οἱ δὲ γὰρ ἔσθλὰ
Ῥέζειν, καὶ Σμύρνης ἔστιν ἀπ' Αἰολίδος.

Concha ego sum Zephyriti vetus, iámq; antea lunæ
Sacra fui: nunc me tu Venus alma tenes
Nautilon: in pelago qui quondam flantibus Austris,
Innaui proprio vela rudente mouens:
AEquore sed placido pede crispus vtroque natauit:
Vnde mihi Polypi nomen in ora venit.
Infestæ tandem ripam incidi Iulidis, essem
Spectanti ludus gratior Arsinoæ:
Ne verò in thalamis, velut antea (mortua nam sum:
Atque ouum tristis nunc parit Alcyones)
Pòst mihi, sed natæ fer grates Liniæ, honesti
Nam cultrix Smyrna prodiit AEolidæ.

6 In Polas, vrbem Colchidis, fragmentum apud Strab. lib. 1, & 5, Geogr.

Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικῷο πόρου ἁσσόμενοι ἐρετμὰ
Λᾶα, τοὶ δ' ἁ ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος
Ἄστυ ἔτι κτίσσαντο· τὸ μὲν φυγάδων τις ἐνίσσει
Γραικός, ἀπὰρ πείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

Illyrico Colchi abruptis in flumine remis,
Quâ colubri cristas induit Harmonie,
Astyron extruxêre: exul sic postea dixit
Græcus, at illorum patria lingua Polas.

7 In captiuitatem OEchaliæ, poema Creophyli, apud eundem Strab. lib. 14.

Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμί, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὁμήρου
Δεξαμένου· κλαίω δ' Εὐρυτον, οἷ' ἔπαθεν,
Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν. Ὁμήρου νεῦ δὲ καλεῦμαι
Γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέλει;

Sum Samii labor, hospitio qui fouit Homerum:
Eurytę sed casus lugeo mœste tuos,
Formosámque Iolen. nunc scriptum dicor Homeri:
Nónne Creophylo, Iuppiter, hócce graue est?

8 In Theram insulam, apud eundem libro vltimo.

Καλλίστη πρόσπαρθε, θοὴ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη,
Μήτηρ ἱππείου πατρίδος ἠμετέρης.

Antea Calliste, sed postea nomine Thera,
Dicta fuit, patriæ mater aprica meæ.

9 In literarum perpetuitatem, apud Stobæum, Serm. 79.

Καὶ γὰρ ἐγὼ τὰ μὲν ὄσσα καρήατι τῆμος ἔδωκε
Ξανθὰ σὺν θυόδμοις ἀφραλίπῃ στεφάνοις,

Ἄπνοα πάντ' ἐγένοντο τὰ δαχρῆμ' ὅσσά τ' ὀδόντων
Ἔνδοθι νειαίρην τ' εἰς ἀχάεισον ἔδυ
Καὶ τῶν οὐδὲν ἔμεινεν ἐς αὔριον. ὅσσα δ' ἀκουαῖς
Εἰσθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεσι πάθη.

Quæcunque infudi positis vnguenta capillis,
Et quibus ornaui tempora cunque rosis:
Omnia disperière citò: quæcunque remorsa
Dente, sub ingrati veneris ière sinum,
Crastina non vltra durarunt tempora: sed quæ
Auribus imposui, sunt mihi sola super.

10 In puerum, apud eundem, Serm. 75.

Ἄρνες τοι φίλε κοῦρε ὁμήλικες, ἄρνες ἑταῖροι
Ἔσκον ἐπὴν ἐθμοί, δαύλια καὶ βοτάναι.

AEquales agni tibi sunt, puer, & socii agni
In grege: cúmque herbis daulia mixta tuis.

11 In amicorum συμπάθειαν, apud eundem, Serm. 111.

Κουφοτέρως τότε φῶτα διαθλίβουσιν ἀϋτῆαι,
Ἐκ δὲ πεπηχότων, μοῖραν ἀφεῖλε μιαρ·
Ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρα σὺν ἑμπορίῃ ἔρχητ', ἢ ὅτε κωφαῖς
Ἄλγεα μὰψ αὔραις ἔκχαον ἐξερύῃ.

Tunc hominum leuius torquebunt pectora curæ,
Ibit & ex multis pars quotacunque malis,
Quum quis seu comiti bene fido, seu quoque surdis
Nequicquam referet tristia fata notis.

12 Ex anthologia Græcorum epigrammatum, in nouercas.

Στήλλω μητρυιῆς, μικραὶ λίθον, ἔστε κοῦραι,
Ὡς βίον, ἀλλάξθαι καὶ δόμον οἰόμενος.
Ἣ δὲ, πάφῳ χλιδήσα, κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα.
Φεύγετε μητρυιῆς καὶ πάφον ὦ παρθένοι.

Serta

Serta puer cippo dabat officiosa nouercæ,
Mutasse vt vitam, sic ratus ingenium.
Ille cadens miserum oppressit labendo nouercæ
Vos quoque priuigni deinde cauete rogos.

13 In Theætetum.

Ἦλθε Θεαίτητος καθαρὴν ὁδὸν· ἡ δ' ὑπὸ χιονὸς
Τὸν τεὸν οὐχ αὕτη βάκχε κέλευθος ἄγει.
Ἄλλων μὲν κήρυκες ὑπὸ βεβαχὼ οὐδὲν ὀμοῦμαι χαλεῦν
Φθέγξονται, κείνου δ' Ἑλλὰς ἀεὶ σοφίαν.

Pura Theætetus vitæ vestigia strinxit:
Non hederas idem strinxit lacche tuas.
Tempore non longo reliquorum nomen, at huius
Ingenium semper Graia loquetur humus.

14 In poetas βεβαχυλήγους.

Μικρή τις, Διόνυσε, καλὰ φρονοῦντι ποιητῇ
Ῥῆσις· ὁ μὲν, νικῶ, φησὶ, τὸ μικρότατον.
Ὧι δὲ σὺ μὴ πνεύσῃς ἐν δεξιός, ἰὼ τις ἕρπων
Πῶς ἔβαλες, φησὶ, σκληρὰ τὰ γιγνόμενα.
Τῷ μερμηρίξαντι τὰ μωὐδικα, τοῦτο γένοιτο
Τοὔπος, ἐμοὶ δ' ὦναξ ἡ βεβαχυλλαβίη.

Carmen Bacche breue est fingenti pulchra poetæ,
Et Vinco minimo proferet ille modo.
At cui tu dexter non faueris, ille rogatus
Quomodo prostrârit, facta stupenda canet.
Talia res turpes meditanti carmina vati
Eueniunt: carmen sed breue Bacche mihi.

15 In Saonem.

Τῇδε Σάων ὁ Δίκωνος Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον
Κοιμᾶται. θνήσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς.

Hac tellure Saon requiescit Acanthius, ortus
Patre Dicone. mori dicere turpe bonos.

16 In Timarchum.

Ἢν δίζῃ Τίμαρχον ἐν ἀΐδος, ὄφρα πύθηαι
Ἢ πῃ περὶ ψυχῆς, ἢ πάλι πῶς ἔσεται·
Δίζεσθαι, φυλῆς Πτολεμαΐδος, ἡέα παῖδος
Παυσανίου. δήεις δ' αὐτὸν ἐν εὐσεβέων.

Si tibi Timarchum quæris, sciteris vt illum
Aut de anima, aut mentes quomodo rursus erunt.
In veteri perquire tribu Ptolemaide natum
Pausaniæ, inque pijs cœtibus inuenies.

17 Theridis epitaphium.

Σωτομος ἰὼ ὁ ξεῖνος, ὁ καὶ τάφος· οὐ μακρὰ λέξω.
Θῆρις Ἀριστάου, Κρὴς, κεῖται δ' ἐμοὶ, δολιχόν.

Hospes erat breuis, vrna breuis: brevis ipse ero versu.
Theris Aristæi, Cres, latet hoc tumulo.

18 Critiæ epitaphium.

Κύζικον ἰὼν ἔλθῃς, ὀλίγος πόνος Ἵππακον εὑρεῖν,
Καὶ Διδύμην. ἀφανὴς οὔτι γὲ νἱὸς ἔφυ.
Καί σφιν αἰνῆσαι μὲν ἐρεῖς ἔπος, ἔμπα δὲ λέξον
Τοῦθ', ὅτι ☧ κείνων υἱὸν ἔχω Κριτίαν.

Cyzicon ingresso, facili est reperire labore
Hippacon & Didymen, nobile quippe genus.
His tu mœsta quidem referes iam nuntia, natum
Dic tamen illorum quòd teneo Critiam.

19 Charidæ epitaphium.

Ἦ ῥ' ἐτύ σοι Χαρίδας αἰαπαύεται; ἦ εἰ τὸν Ἄρειμα
Τοῦ Κυρηναίου παῖδα λέγεις, ἐτεὸν ἐμοί.
Ὦ Χαρίδα, τί τὰ νέρθε; πολὺ σκότος. αἱ δ' ἀοιδαί;
Ψυδρός. ὁ δὲ Πλούτων; μῦθος· ἀπωλόμεθα.
Οὗτος ἐμὸς λόγος ὔμμιν ἀληθινός· εἰ δὲ ☧ ἡδὺ
Βούλει, Γελλαίου βοῖς μέγας εἰς ἀΐδην.

[a] Anne cubat sub te Charidas? [b] Si dicis Arimnæ
Progeniem, nostro secubat ille rogo.
[a] O Charida, quidnam est infrà? [b] Tenebræ. [a] Reditus quid?
[b] Nugæ. [a] Quid Pluto? [b] Fabula: concidimus.
Verus hic est vobis sermo: sin quæris amœnum,
Iuit Alexandri sub Styga Bucephalus.

20 In Charmin.

Δαίμονα τίς δ' οὐ οἶδε ☞ αὔριον, ἠνίκα καί σε
Χάρμι τὸν ὀφθαλμοῖς χθιζὸν ἐν ἡμετέροις,
Τῇ ἑτέρῃ κλαύσαντες ἐθάπτομεν. ὧδε ἐκείνου
Εἶδε πατὴρ Διοφῶν χερσὶ σὰ πενθότερον.

Quis scit an adiiciant hodiernis crastina diui?
Quando heri te Charmi vidimus hisce oculis,
Nunc flentes hodie terris abscondimus atris.
Haud patri clades tristior vlla fuit.

21 In Timonoën.

Τιμονόη, τίς δ' ἐσσί; μὰ δαίμονας, οὔ σ' ἂν ἐπέγνων,
Εἰ μὴ Τιμοθέου πατρὸς ἔπην ὄνομα
Στήλῃ, καὶ Μηθύμνα τεὴ πόλις. ἦ μέγα φημὶ
Χεῖρον αἰᾶσθαι σὸν πόσιν Εὐθυμένη.

Quæ tu Timonoë es? proh Iuppiter, haud ego nossem
Te, nisi vidissem nomen inesse patris
Timothei cippo, Methymnæque vrbis. at illa
Quàm sunt Euthymeni funera acerba tuo!

22 In Crethidem puellam.

Κρηθίδα τὴν πολύμυθον, ὅτις καλὰ παίζειν,
Δίζονται Σαμίων πολλάκι ζυγατέρες,
Ἡδίσαν συνέειδον, ἀεὶ λάλον ἦ δ' ἀποδείζει
Ἐνθάδε ☞ πάσαις ὕπνον ὀφειλόμενον.

Crethida festiuámque iocis & lusibus aptam
In veteri quærit crebra puella Samo:
Blandiloquam vitæ sociam dulcémque: sed ipsa

Omnibus hîc ſomni munera danda capit.

23 In Sopolin.

Ὄφελε μηδ' ἐγλώοντο θοαὶ νέες. οὐ γὰρ ἂν ἡμεῖς
Παῖδα Διοκλείδου Σώπολιν ἐξενόμθ.
Νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἁλὶ που φέρεται νέκυς, ἀμφὶ δ' ἐκείνου
Οὖθμα καὶ κενεὸν σᾶμα παρερχόμεθα.

O ſi nulla mari data carbaſa. ſic neque flerent
Noſtra Dioclide Sopolin ora ſatum.
Nunc verò exanimem voluunt circa æquora fluctus,
Próque illo tumulus nomen inanis habet.

24 In Naxium.

Νάξιος οὐκ ὀπὶ γῆς ἔθανεν Λύκος, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ
Ναῦν ἅμα καὶ ψυχὴν εἶδεν ἀπολλυμένην,
Ἔμπορος Αἰγίνηθεν ὅτ' ἔπλεε. χὠ μὲν ἐν ὑγρῇ
Νεκρός· ἐγὼ δ' ἄλλως οὖθμα τύμβος ἔχω,
Κηρύσσω πρωμάλεης ἔπος τόδε· φεύγετε θαλάσσης
Συμμίσγειν εἰείσῃ ναυτίλε δυομένῃ.

Naxius haud periit terra Lycus: at mari in alto
Cum vita laceram perdidit ille ratem,
Inſtitor AEgina ſoluens. nunc littora circum
Voluitur: at vacuus nomina cippus habet,
Vóſque monet, verè hoc dicens: obeuntibus hædis,
Nauita commotum diſce timere fretum.

25 In Nicotelem.

Δωδεκέτη ⟨illegible⟩ παῖδα πατὴρ ἀπέθηκε Φίλιππος
Ἐνθάδε, τὴν πολλὴν ἐλπίδα, Νικοτέλη.

Hac ſibi Nicotelem, quartam trieterida natum,
Solamen poſuit dulce Philippus humo.

26 In Melanippum & Baſilo.

Ἠῶοι Μελάνιππον ἐθαπτόμθ, ἠελίου δὲ

Δυομένου Βασιλὼ κάτθανε παρθενικὴ,
Αὐτοχερεί. ζώειν γὰρ, ἀδελφεὸν οὐ πυθέσθαι σα,
Οὐκ ἔτλη. δίδυμον δ' οἶκος ἐσείδε κακόν
Πατρὸς Ἀριστίππου. καὶ τέφσιν δὲ Κυρήνη
Πᾶσα, καὶ βυτέκνων χῆρον ἰδοῦσα δόμον.

Mane tegebamus Melanippi membra ſepulcro,
Veſpere ſed Baſilo virgo perempta fuit,
Cæde ſua. ablato quia noluit eſſe ſuperſtes
Fratre. domus geminum ſic capit vna malum,
Patris Ariſtippi: triſtatáque cuncta Cyrene eſt,
Tecta videns natis taliter orba piis.

27 In Battum patrem ſuum.

Ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με
Γαῖ Κυρηναίου παῖδά τε καὶ γλυκύτην.
Εἰδείης δ' ἄμφω κεν. ὁ μὲν ποτε πατρίδος ὅπλων
Ἦρξεν, ὁ δ' ἔθηκεν χρείσσονα βασκανίης.
Οὐ νέμεσις. Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμμασι παῖδας,
Ἄχρι βίου πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.

Quiſquis adis tumulum, me noueris eſſe viator
Callimachi natum Callimachíque patrem.
Sic ambos noris. fuit ille vir inclytus armis
Dux patriæ, inuidia dulcius hic cecinit.
Nec mirum. nam quos blandæ aſpexêre puellos
Muſæ oculis, illos & coluêre ſenes.

28 In Aſtaciden.

Ἀσταχίδην Κρῆτα, καὶ αἰπόλον, ἥρπασε νύμφη
Ἐξ ὄρεος· καὶ νῦν ἱερὸς Ἀσταχίδης
Οἰκεῖ Δικταίοισιν ὑπὸ δρυσίν. οὐκ ἔτι Δάφνιν
Ποιμῆνες, Ἀσταχίδην δ' αἰὲν ἀείσομεθα.

Paſtorem Aſtaciden rapuit de montibus iſtis
Nympha procax: & nunc eſt ſacer Aſtacides,
Dictæíſque habitat ſub quercubus ipſe. nec vltra
Paſtores Daphnin, ſed canite Aſtaciden.

29 In Cleombrotum.

Εἶπας ἥλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος ὡ μεγαχιώτης,
Ἦλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀίδεω·
Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακόν, ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

Phœbe vale, dicens, de rupe Cleombrotus alta
Ambraciota, Stygis viuus adiuit aquas.
Funere nil dignum passus: solúmque Platonis
De vita mentis perpete legit opus.

30 In Eetionis statuam.

Ἥρως Ἠετίωνος ὃς ἐν σταθμὸν Ἀμφιπολίτεω
Ἵδρυμαι, μικρῷ μικρὸς ὑπὲρ προθύρῳ·
Λοξὸν ὄφιν καὶ μωμὸν ἔχων ξίφος· αἰδρεὶ δὲ ἱππεῦ
Θυμφθείς, πεζὸν κἀμὲ παρῳχίσατο.

Amphipolitani iuxta stabula Eetionis,
In paruo paruus vestibulo insideo:
Anguem ensémque gerens, iratus nempe superbo
Eetion equiti, me peditem apposuit.

31 De Callignoto.

Ὤμοσε Καλλίγνωτος Ἰωνίδι, μήποτ' ἐκείνης
Ἔξειν μήτε φίλην κρείσσονα, μήτε φίλην.
Ὤμοσεν· ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ὑπ' ἔρωτι
Ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.
Νεῦν δ' ὁ μὲν ἄλλης δὴ πέρεται πυκί, τῆς δὲ Τανάγρης
Νύμφης (ὡς Μεγαρέων) οὐ λόγος, οὔτ' ἀριθμός.

Se Callignotus iurauit Ionide nullum
Velle & nullum vnquam plus coluisse virum.
Iurauit: sed vulgò aiunt, periuria amantum,
Aures cœlicolûm non penetrare sacras.
Nunc alio cor amore terit, miseræque puellæ,
Ceu Megaræ, ratio est nulla, nec vllus honor.

Citatur & hoc ex Callimacho.

Αἰεὶ γὰρ σμικροῖς σμικρὰ δίδουσι θεοί.

Semper dant paruis, parua, sed apta, dii.

HENRICVS STEPHANVS LECTORI.

Quum mihi in officina mea diceret grammatolectes, siue grammatothetes (aut quocunque appellari nomine Graeco potest qui in typographeiis compositor appellatur) duas paginas hîc esse vacaturas, & an aliquid habere quod adiicere vellem, rogaret: de quodam Callimachi nostri epigrāmate quod cum superioribus positū nō esset, simúlque de fragmentis quibusdam eiusdem poetæ cogitare cœpi, quib^o pagina illa expleri possent. Præcipua autem duntaxat siue insigniora ponēda hîc esse existimaui. quòd si tamē illorū quoque aliquod aut etiam aliqua desiderari cōperias, valde profectò μεμψίμοιρος fueris, si meam diligentiam propter illa desideres potius, quàm subitariam in hisce colligendis operam boni consulas.

Callimachi epigramma in Timonem, addēdum illi quod suprà ex Plutarcho alla tum fuit, in eundem ab eodem poeta scriptum.

[a]Τίμων (οὐ γὰρ ἔτ' ἐσσὶ) τί τοι, φάος ἢ σκότος, ἐχθρόν;
[b]Τὸ σκότος. ὑμέων γὰρ πλείονες εἰν ἀΐδῃ.

[a]Mortuus an Timon lucem odisti, ánne tenebras?
[b]Odi has, quòd vestrûm maior in his numerus.

Verti autem & ita, liberiori interpretatione.

[a]Dic mihi iam Timon (nam vita dicere functus
Hoc potes) An tibi lux displicet, an tenebræ?
[b]Odi equidem tenebras: exosas sed mihi scito,
Maior in his hominum condita turba quòd est.

Apud Apollonii Rhodii scholiastem, pag. 210, meæ editionis.

Ἔρπε πόδι τανυέχουσα χάρης εὐρεῖα καλύπτρη,
Ποιμνιχὸν πίλημα, καὶ ἐν χερὶ χαῖον ἔχουσα.

Apud eundem pag. 224,

Δέκοντο Λιβύης πρωίδες, αἱ Νασαμώνων

Αὔλιν καὶ δολιχὰς ἵνας ὑπιβλέπετε,
Μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε.

Apud eundē, pag. 64, versus, qui & apud ipsum Apollonium extat, sed ab eo vsurpatus, quum sit Callimachi, vt ille ait.

Καὶ τὰ μὲν ὣς ἤμελλε μὴ χρόνον ἐκτελέεσθαι.

Apud eundem, pag. 192,

Ἐν Δίῃ. Ὃ γὰρ ἔσκε παλαίτερον οἰώμα Νάξῳ.

Apud eundem, pag. 61,

Θηρὸς ἀερτάζων δέρμα κατωμάδιον.

Apud eundem, pag. 86,

--Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος,
Γηθήσειν αἰτέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν. Sunt autem hi versus ex poematio De coma Berenices, quod Catullus est interpretatus. Sed pro οἵ μιν quidā legunt ἄμμιν. verùm nec αἰτέλλοντα cum φυτὸν aptè iungitur: ideóq; ex coniectura mea lubenter reposuerim, αἰτέλλον τι κακὸν φυτόν. Ex eodem poematio afferuntur ab enarratore Arati isti, quos vnà cum cæteris vertit Catullus,

Ἡ δὲ Κόνων μ' ἔβλεψεν ὑπ' ἠέρι, καὶ Βερενίκης
Βόστρυχον, ὃν πάσιν ἔθηκε θεοῖς.

Ex Athenæo, libro 15, non procul à principio,

Πολλοὶ καὶ φιλέοντες ἀκόντιον ἦγον ἔραζε
Οἰνοπόται, Σικελὰς ἐκ κυλίκων λαπάγας.

Idem lib. 7, duos sequentes versus ex Callimachi Galatea affert,

Ἢ μᾶλλον χρύσειον ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύ,
Ἢ πίρκας, ὅσά τ' ἄλλα φέρει βυθὸς ἄσπετος ἅλμης.

Ex Clemente in Protreptico,

Φοῖβος Ὑπερβορέοισιν ὅτι τελέεται ἱεροῖς.

Ibidem,

Τέρποισιν λιπαραὶ Φοίβου ὀνοσφαλίαι.

IN CALL.